opus propter se placeat et volũtas propter op⁹ cũ voluntas placeat et opus propter volũtatẽ. Sꝫ dꝭ propter op⁹ placere voluntas q꞉ ipa volũtas opis est ⁊ de ope ẽ ꝙ placet velle enim semper aliquid ẽ velle et placet homo q꞉ vult aliquid ꝑꝑ volũtatẽ iustam ꝙ de aliquo est et ideo iusta est q꞉ est de quo esse debet sic igitur in volũtate totũ bonũ meritũ est etiã si illud opis sit quod opus siue sit siue non sit nihil in volũtate minus ẽ nisi forte in hoc ꝙ voluntas ipa maior fieret si ipsũ opus fieret hec ille et multa alia notabilia sup hoc ferẽt Subdit adã cõcedo igr̃ ꝙ nullũ distinctũ p̃miũ correspõdet acti b⁹ aliis bonis ⁊ tñ per se sũt meritoꝝ.i. principaliter actus studii pro vt dictum est in vna solutione posita in ista ratione quia p̃noticiam habitam ex studio scripture homo peruenit ad p̃mã radicem bene viuendi ꝙ est velle quicquid oportet ⁊ ꝙcꝙ recta ratio suadebit eẽ necessariũ ad bene ⁊ meritorie viuendũ: nec est ibi simplex necessitas inferẽdi opus ex voluntate sed conditiõata quia stat hominẽ habere volitionem ad opus ⁊ mutare voluntatem anteꝙ vadat i opus sꝫ si manet efficacia volũtatis ⁊ adest facultas tunc dꝭ necessario seq̃ op⁹ .i. ista nõ sunt simul volũtas efficaciter vult facere a i tp̃e. b. ⁊ sibi adest facultas sufficiens ad faciendũ. a. in tempore. b. et non facit. a. i tp̃e. b eodẽ modo dico de velle quod prouenit ex studio et tamen quilibet dictorum actuũ siue interior siue exterior libere fit et contingenter. ¶ Item concedit ꝙ actus interior et exterior sunt duo merita vꝉ demerita quia tamen ex eadem causa actus exterior est meritum vel demeritũ ex qua volitio iterior ideo non debetur distinctum premiũ vel distincta pena pro actu exteriori. de hoc etiã vide magistrũ lib. ij. dist. xl. Sciendũ tamẽ ꝙ non seq̃tur absolute volũtas vult agere. a. pro tp̃e. b. et illa volitio stat ꝑ totũ. b. et est potẽs agere. a. in. b. igit̃ voluntas agit. a in. b. q꞉ deus posset sibi p̃cipere velle facere a actũ i. b. et prohibere facere a actũ et etiã concurrere cum voluntate ad faciendũ a actũ i tp̃e. b. et ẽt cõcurrere cũ volũtate ꝓ toto tp̃e. b. ad velle quo volũtas illo tp̃e vult facere. b. et tñ nõ cõcurrere cũ volũtate ad faciendũ a actum in tempore b. Itẽ intellectus põt ostẽdere volũtati ꝓ illo tp̃e esset bonũ velle facere. a. in. b. et tñ nõ esset bonũ facere. a. in b. Itẽ videtur quibusdã ꝙ stãte p̃lcõ velle por totũ tẽpus. b. quo voluntas vult agere. a. actũ cõtĩẽ ꝑ totũ et i toto. b. et stante sufficienti potẽtia volũtatis ad sic agẽdũ et remotis oib⁹ impedimẽtis ⁊ stante quo ad hoc ĩfluẽtia dei gñali simul stat eãdẽ volũtatẽ nõ agere a. actũ in. b. q꞉ de ratiõe agẽtis liberi ẽ ꝙ quacũꝙ dispositiõe itrīseca sua stãte simul stet nullũ actũ extrīsecũ ipꝫ agere. Et ꝑ hoc videt̃ differre ab agẽte naturali igit̃ cũ quacũꝙ ei⁹ volitione stat ipm nõ agere aliquẽ actũ iperatũ. Istius tamẽ multi tenent oppositũ dicẽtes ꝙ stãte illa volitiõe efficaci cũ aliis circũstantiis p̃ius positis actus iperat⁹ ex quadã naturali cõcomitantia sequitur ex actu elicito seu exterior ex iteriori ⁊ tñ dꝭ liber q꞉ volũtas libere imperat eũ fieri ⁊ libere elicit iteriorẽ ex ꝙ tp̃e seq̃tur ¶ Sciẽdũ etiã ꝙ dictũ aristotelis allegatũ i ratõe hꝫ articulũ contra se quia stante sciẽtia i vniuersali ⁊ i ꝑticulari nõ oportet volũtatem ire i op⁹ ymo nec velle op⁹. ¶ Ad quartũ dicit̃ ꝙ licet priuatio et similr̃ omissio penit⁹ nihil sit ad vnũ modũ loq̃ndi sanctoꝝ et ideo omissio ad vim vocis non habet vt sit tãta vel tanta tamẽ coi modo loquendi nec ab illo vero itellectu recedẽdo põt concedi ꝙ scienter nõ facere qđ fieri deberet est tãta omissio quãtũ est bonũ quod omittitur quia omissionem esse tantã nõ ẽ aliud ꝙ tantũ bonũ debere fieri ⁊ nihil ei⁹ fieri sꝫ ex illo nõ seq̃tur ꝙ omissio sit tanta culpa vꝉ demeritoria quantũ bonũ qđ omittitur foret meritoriũ vñ nõ est idẽ omissionẽ esse tantam vel tantã omissionẽ et eam esse tam grauẽ vel offensiuam culpam et licet magnitudo culpe omissionis possit sine mẽsurari ꝑ quantitatẽ boni omissi non tamen seq̃tur ꝙ eius malicia in genere culpe eq̃tur bonitati meritorie illi⁹ qđ omittitur si causaret̃ sꝫ sufficit ꝙ sit sibi ꝓportionalis vel si cetera sint paria sẽꝑ maioris boni omissio qđ deberet fieri peior sit ꝙ minoris ⁊ sic coĩter ex quãtitate effectuũ sꝫ vltimũ potẽtie sue/ex suis causis ꝓcedẽtiũ mẽsuram⁹ quãtitatẽ virtutũ i causis vel ecõuerso vt pꝫ de itellectiõe ⁊ itellectu nõ tamẽ oportꝫ ꝙ itellectio equet intellectui sm̃ ꝑfectionẽ vel ecõuerso. ¶ Itẽ facẽ cõsiliũ est bonũ valde meritoriũ ⁊ ei⁹ omissio alicui nõ ẽ demeritoria igitur multo forti⁹ posset omissio eẽ modicũ culpabil̃ licet positio omissi eẽt valde meritoria. Itẽ negatur ꝙ cecitas sit p̃cise tam mala sicut visus est bon⁹ quia si visus haberet cõtrariũ illud esset peius ꝙ cecitas et tñ nõ esset peius ꝙ visus est bon⁹. ¶ Ad anselmũ dꝭ ꝙ ipe nõ loquit̃ de bono et ei⁹ priuatione sꝫ de bono ⁊ ei⁹ corruptiõe: generatio aũt ⁊ corruptio sũt cõtraria de qb⁹ cõceditur talis equalitas si cetera sint paria ⁊ ita dicit anselm⁹ ꝙ tã demeritoriũ ẽ velle xp̃ꝫ occidere vel ip̃ꝫ odire ꝙ meritoriũ ẽ velle ei⁹ vitã vꝉ ip̃ꝫ diligere. Sciendum tñ ꝙ alij dicunt ꝙ omissio illi⁹ ad quod aliquis tenetur et vniuersaliter omnis priuatio considerata in se et quantuꝫ ad rõnẽ sui intrinsecã precise tantum dicit imperfectionẽ vel defectionẽ quãtã perfectionẽ ponit vel poneret bonum qđ omittitur vel priuat̃. vt si fortes et plato sint equaliter obligati ceteris parib⁹ ad diligẽdũ actualiter deũ ꝑ a horã ceteris parib⁹ ⁊ fortes hoc omittat plato vero faciat tunc quãtũ ꝓficit plato ꝑ a horã tantum deficit fortes ꝑ eãdem. Si vero considerantur omissio et boni positio penes eẽ culpabile seu vituperabile ⁊ laudabile tũc omissio in infinitũ ẽ magis vituperabilis seu culpabilis ꝙ boni positio cõmẽdabil̃ quia omissioni saltem quando ẽ peccatũ mortale de condigno corresponderet pena infinita intensiue et extẽsiue sꝫ positioni boni nullũ correspondet premiũ de ꝯdigno Si aũt comparentur penes rectum et obliquum tunc positio boni in infinitum ẽ rectior ꝙ omissio sit obliqua quia omne rectum est rectissimũ sꝫ qlꝫ obliquo dari põt obliqui⁹ Si autem comparẽtur penes meritoriũ ⁊ demeritoriũ seu penes hec quãtũ vnũ deũ placuit tãtũ alterum deo displicet tũc nõ videtur certa regula eẽ de hmõi comparatiõe Et si forte dꝭ ꝙ deus premiat vltra condignũ ⁊ punit citra condignũ ex hoc videt̃ posse capi regula ꝙ omissio sit minus displicens vꝉ demeritoria ꝙ positio boni sit placẽs vel meritoria Respondet̃ negãdo cõseq̃ntiã propter hoc ꝙ omissioni de cõdigno

In solutione quarti dubij habetur ꝙ nõ ẽ tm̃ maluꝫ omittere faciẽdum quãtuꝫ est bonũ committere: sicut nõ diligere deuꝫ nõ ẽ tm̃ malũ sicut diligere est bonũ sꝫ bñ odire deũ ẽ tm̃ malũ nota diligẽter.

correspōderet īfinita pena/positiōi ħo de cōdigno
nihil vt dictū ē. Cū aūt dr̄ de actu contrario posi-
tiōi etc̄. dico q̄ ille nō opponit̄ positiōi rōe q̄ act⁹
ſʒ ratione qua est priuatio rectitudīs debite ieſſe
vel cōformiter diuine legi. Vbi gr̄a odire deū op-
ponit̄ huic qd̄ ē diligere deū ſub ea rōe q̄ puat ho
minē cōformitate legis diuine que precipit deū
eſſe diligendū ſup omnia ⁊ cum hoc includit repu
gnantiā cōformitatis illius legis negatiue ſeu, p
hibitiue. eo q̄ nulli⁹ dz odire deum et ideo opponit̄
duplici conformitati quarū vtraq̄ perficit hoiem
et laudabilis est ⁊ meritoria. Jō reſpectu vtriuſq̄
facit hoiem eē īperfectū culpabilē ⁊ deo diſplici-
bilē. Sʒ ſola omiſſio tātū vni ꝯformitati opponit̄
et ex hoc patet quid ſit reſpondēdū illis qui tenēt
contrarium vnde quātū plus intenditur odiū dei
vel alius actus virtuoſus tanto plus cōtrauenit̄
diuine legi que plus prohibet actum peiorē. ⁊ pl⁹
obligat hoiem ad non faciendū maius malum: q̄
minus malum: igitur maius malū ē priuatio ma-
ioris obligatiōis ad rectitudinē debitam ieſſe vl
ad conformitatē diuine legis q̄ lex magnā habet
latitudinē in prohibitionib⁹ et preceptis Jdeo di
cit pſalmiſta latū mādatū tuū nimis. Tria argu-
menta ſequentia ſoluentur in proxima queſtione.
Ad primū pricipale. ¶ Ad primū pri:cipale dr̄ q̄ aliq̄ tenēt q̄ credere nō
ſit i nr̄a ptāte cui⁹ tū̄ oppoſitum oſtēdetur poſtea
ſuppoſito tū̄ q̄ ſit ⁊ q̄ credere ſit finis ſtudij adhuc
tū̄ ſtudium eſt meritoriū. vnde quantūcunq̄ poſ
ſem non credere deū ñ eſſe ſūme amabilem ꝓpter
certas euidētias quas ad hoc habeo tamē ſtudiū
ꝑ quod ad hoc deuenit libere ⁊ ex volitionib⁹ cha
ritatiuis proceſſit ⁊ cū dr̄ q̄ ſciētia inflat dicit glo-
ſa q̄ hoc ē ñ fuerit ſine charitate tū̄ cum hoc dicit̄
Quō ſciē- q̄ ſicut virtutes formaliter ⁊ effectiue nō ſūt cā vi
tia iflat. tū̄ licet obiectiue quandoq̄ ſint occaſio ſupbie ſic
ēt ē de ſciētia theologie q̄ formaliter ⁊ effectiue
producat ⁊ prouocat hoiem ad conformiter viuē-
dū die legi ⁊ ad vitādū vitia multis tū̄ obiectiue
eſt occaſio ſupbie qui de ipſa volunt gloriari.

Secundo queritur p
ſubūis nōdū ſolutis. Utrum ſtudi
im ſacre ſcripture impoſitum ali
ui in foro penitētie ſit meritoriū
Probatur q̄ nō ꝑ argumētū pri⁹
factum probat. q̄ ſic quia alias non expediret pe-
nitēti q̄ aliquod opus ſuū in foro penitētie ſibi in
iūgeretur cui⁹ oppoſitū facit eccleſia, cōſequētia
ꝓbat̄ q̄ nō expedit alicui īpoñ vnde opa que eſſēt
alias meritoria fierent nō meritoria. Concluſio ta
Concluſio concedr̄ q̄-ſtio. le ſtudiū ſic īpoſitū ⁊ ex charitate executū ē, meri-
toriū vite eterne/ꝓbat̄ q̄ oīs act⁹ bon⁹ viatoris
ex charitate ſic ꝓcedēs ē meritori⁹ vite eterne igr̄
Jtē ſi non tunc ſufficiēter ꝑmiaret̄ prelarationes
pene ſed hoc ē falſum q̄ tunc pro redimēda pena
intenſiue ⁊ extenſiue finita omitteret āquale pre-
miū vite eterne ſʒ illa nō eſſet expediēs ꝯpenſatio
nec cōueniēs a infinite mie dei eo q̄ talē penā ſolue
re eſſet incomparabiliter min⁹ maluʒ q̄ amittere
quātūlibet paruū ꝑmiū eternū. ¶ Jtē faciētes ta
le op⁹ ex charitate merent̄ ꝑmiū ſʒ pnīa obediētia
lis ⁊ gr̄a ſacramēti aduenieñs nō minuit bonitateʒ
Dubitat̄. meritoriā operis ſʒ auget igr̄. ⁊c̄. Sed contra aliq̄

pena debita ꝓ mortali ē ꝑciſe ita mala, ſicut gra-
dus eterni premij correſpondens tali bono operi
eſt bonus igitur ſufficiēs ē compēſatio q̄ñ ꝓ tali
opere bono homo preciſe liberatur a pena/⁊ q̄ñq̄
pena debita ꝓ mortali ē magis mala q̄ tale ꝑmiū
ſit bonū igitur tunc melius agitur cum illo q̄ libe
ratur a pena q̄ cum illo cui pro ſimili actu datur
tantū premiū/ Añs probatur quia pena predicta
ad premiū dictū modo predicto habet propoſitio-
nem finitam igitur pōt dari tam graue pctm̄ cui⁹
pena ſit eque vel magis mala ſicut illud premiuʒ
ē bonū/ ꝑterea faciāt ſor. ⁊ plato actiōes meritori
as ſimiles. ſortes aūt faciat ſuam pro peccato cui
tanta pena debet̄ quātū ꝑmiū platoni pro ſua tūc
ſic tam vtile eſt ſorti nō habere illam penam ſicut
platoni habere illud premiū ſed plato ſufficiēt̄ ꝑ-
miatur per ſuū premiū igitur ⁊ ſor. per abſolutio
nē a ſua pena. Si concedr̄ cōcluſio. ſ. q̄ tale opus
ſolum ſit ſatiſfactorium ⁊ nō ꝑmiabile ī vita et̄na
quāuis bene iuuet q̄ citius pertingat ad gradum
beatitudīs alias ſibi debitum q̄ ñ ſine illo merito
ꝑtingeret. Cōtra ex hoc ſequit̄ q̄ aliq̄s pōt facere
in charitate tot opa bona ⁊ meritoria ſicut vnq̄ fe
cit petrus vel paulus et tū̄ ſcd̄m legē ordinatā nō
plus haberet de premio q̄ infans nouiter baptiza
tus decedens/ quod non videtur dicendū. Conſe-
quētia patʒ poſito q̄ aliquis pluribus annis tam
grauiter peccaſſet q̄ omnia merita ſua ab inſtanti
quo incepit penitere vſq̄ ad inſtās mortis ſue vix
ſufficienter ad hoc vt eſſent ſatiſfactoria igit̄. ⁊c̄.
Forte cōcederet̄ ꝯcluſio q̄ alit̄ viliſſim⁹ peccator
in fine vite penitēs quātūcūq̄ remiſſe dū mō ſuf-
ficeret ad ſalutē foret ī celo glorior q̄ inocēs q̄ nū
q̄ deū offēdiſſʒ. qd̄ forte q̄buſdā ñ videt̄ cōueniēs
diuine iuſticie ordinate. Sed contra videt̄ ſcd̄ʒ le-
gem dei ordinatā ſtatim habita cōtritiōe q̄tūcūq̄
parua habetur charitas et gratia iuſtificans igr̄
ſic contrito non debet̄ pena niſi tēporalis ⁊ finita
in vita hac vel in purgatorio ſoluenda. nulla autē
pena intenſiue finita et extenſiue ē ita mala ⁊ odi-
bilis ſicut gradus beatitudīs eſt deſiderabil' igit̄
abſolui a pena non ē ſufficiēs cōpēſatio ꝓ actu me
ritorio ꝓueniēte ex gr̄a Preterea oīs ec uſ penitēdi
q̄ ē vera cōtritio ē dignus aliquo gradu beatitudīs
q̄ oīs ſufficiēter penitēs ē dignus ꝑmio eterno ſʒ
ſicut pʒ in quarto ſētētiarū ⁊ in decretis. ¶ Jn oī
vere penitēte reuiuiſcunt omnia merita que vnq̄
fuerunt viua igit̄ reuiuiſcit ēt plenarie meritum
gr̄e baptiſmal: ⁊ cū hoc vt ꝓbatū ē habet meritū
ꝑ actum pnīalē igitur ſceleratiſſimus peccator ſi
cōuertitur ⁊ moritur in gratia glorioſior erit in ce
lo q̄ ſi deceſſiſſʒ inocēs nouiter baptizat⁹ q̄d ꝯcedē
do nō nego tū̄ q̄n pagan⁹ poſſet ſic cōteri de pctīs
ſufficiēter ad ſalutē ⁊ tū̄ ita remiſſe q̄ ſi moriatur Scd̄a con
haberet min⁹ ꝑmiū q̄ deberet̄ puero nouiter ba- cluſio q̄ce
ptizato. Scd̄a cōcluſio nulla actio meritoria ē mi teria pari
n⁹ meritoria ꝑmij eterni ex hoc ꝑciſe qd̄ ē ſatiſfa- b⁹ tū̄ me-
ctio vl' redēptio pene debite ꝓ pctō. Pro hac con ret̄ q̄ facit
cluſiōe ⁊ cōtra tenētes oppoſitū: arḡ ſicut ꝑactū ē aliqd̄ retū
q̄ tūc opa deuotiōis ē meritoria nō eſſēt penitēti ctū ſibi ſi-
tib⁹ iniungēda. falſitas patʒ ꝑ cōſuetudinē eccleſie: cut ñ foret
cōſequētia ꝓbat̄ q̄ citius eſſʒ eis cōſulēdū q̄ ta ſibi iniūctū
lia opa ꝑciſe facerēt ad placēdū deo ⁊ ad merēdū vſq̄ ad finē
btitudinē ⁊ ꝓ pctīs expectarēt penā purgatorij q̄ articuli.

mi9 mala ē q̄ omissio illi9 ptis p̄miū p talib9 opi
b9 debiti. Sȝ forte respōdet q̄ nulla iusticia exigit
pro actu minus laudabili deberi p̄miū equale sȝ i
ꝓposito ceteris parib9 reat9 pene ꝛ obligatio ad
istā penā soluēdā ꝛ ad tādiu carēdū btitudīe est
circūstātia q̄ reddit actū penitētis min9 meritoriū
vt nō videtꝰ ei9 fcrā ita acceptabilis regi q̄ ad hoc
dign9 ē excludi a palatio ꝛ detineri in carcere si-
cut eius ē qui dignus ē actu regi assistere igr non
ē mirū si illi cui adhuc debetur carcer purgatorij
ꝛ exclusio a cōspectu dei nō soluet equale p̄miuȝ
pro actu consiīt sicut ille q̄ eē dignus statim deo
assistere ꝛ non cruciari talr. ¶ Sed cōtra notum ē
theologis ꝛ supra assumptū ē q̄ i prima cōtritiōe
et mortal' culpe remissiōe reducit penitēs ad gra
dum pristinum gratie ponatur igitur q̄ gradus
p̄stinus nunc penitētis cui adhuc restat soluendi
pena in purgatorio sit ita magn9 sicut grad9 cha-
ritatis illi9 q̄ nihil hȝ soluēdū de pena purgatorij
tunc sequitur q̄ opa istorum ceteris parib9 sunt eq̄
meritoria qꝛ isti sunt eque boni eo q̄ habēt eq̄leȝ
grām vt̄ augu. i euch. ca. lxxxij. ꝛ de paruis. xcvi.
Charitas in quocunq̄ maior ē tanto melior ē in
quo ē. Silr per illud. i. Cor. xiij. si tradidero cor-
pus meū ita vt ardeam dicit glosa bona opa non
ex quātitate sȝ ex charitate plus vel minus pro-
sunt. ¶ Itē scdm legem coēm equalem habēs gra
tiā gratificantem seu charitatem ē equaliter deo
gratus igitur equaliter operans equaliter pla-
cet ꝛ meretꝰ apd eū cui ē eq̄ grat9 ꝛ char9 igr nec
vestrū exēplū adductū in contrariū qꝛ in tali casu
si rex dimisisset illi plene offēsā tantum acceptaret
opa ipius i carcere detēti sicut alteri9 sibi assistē
tis. Aliter sequitur q̄ op9 bonū factū ab habēte cē
tuplā grāȝ factā respectu alteri9 ceteris pib9 p̄ter
obligationē istā eēt min9 meritoriū q̄ equale op9
factū ab hn̄te grāȝ p̄cise subcētuplā qd̄ n̄ videtꝰ cō
cedēdū ꝯsequētia pȝ qꝛ si obligari ad penā tp̄alē
p̄dictā ceteris parib9 reddit actū bonū min9 lau-
dabilē tūc obligatio ad penā maiorē redderȝ eū
adhuc min9 laudabilē igr ad tāta penā finitā posȝ
obligari qd̄ sequitur ꝯposita cōclusio. Ex dictis in-
fertꝰ tertia cōclusio q̄ cuilibȝ actiōi satisfactorie
meritorie debetꝰ tm̄ p̄miū vł mai9 quātū simili a-
ctiōi ipamet vł i alio vbi nō eēt talis satisfactio vł
pene redēptio pȝ ex dictis. Sȝ cōtra tūc deus p
merito eq̄li pl9 p̄miat peccātes si peniteāt q̄ non
peccātes ceteris parib9 qd̄ videtꝰ icōueniēs: pba
tur sequitur q̄ pctm̄ fortis remanet ipunitū qꝛ for-
tes nō pl9 punitꝰ q̄ plato: plato aūt nō punitꝰ sicut
nō demeruit igr. Forte diceretꝰ q̄ vtute sacramēti
ꝛ obediētie iuuatꝰ. Cōtra tūc nō oia sūt paria p̄ter
hoc q̄ vn9 hȝ satisfacere ꝛ alter nō cui9 oppositū
supponitꝰ. Itē cōfiteatꝰ iterū pctā sua q̄ p9 cofess9 ē
ꝛ de qb9 satisfacit ꝛ ponatꝰ cas9 vt p9 tūc stat argu.
preterea nulli9 fit melior nisi p maiorē grām vt su
pra pbatū ē p augu. sȝ plato q̄ m9 q̄ peccauit p̄t ha
bere tātā grāȝ qu ātā hȝ fortes virtute sacramēti
obediētie ꝛ oīȝ similiū igr ꝛc. ¶ Itē si fortes post
satisfactionē subdit se sacramē tali dicto casu sibi
pl9 correspōdet de p̄mio q̄ pat9 qn̄ habuit satisfa
cere ꝛ p ꝯsequēs plus q̄ actui eq̄li inocētis qd̄ vi
detꝰ absurdū qꝛ tūc videtꝰ expedire fuisse pctōrem
p̄terea penitētes magis faciūt opa sua p cōmo-

Tertia cō
clusio operi
satisfacto-
rio tm̄ de-
betꝰ p̄miū si
cut operi. n̄
satisfacto-
rio.

dū ppriū ꝛ euadēdum penā innocētes aūt amore
dei ꝛ iusticie igr inocētes pl9 merētꝰ. Preterea dato
q̄ vnꝰ penitēs nō habeat oportunitatē confessoris
et voluntarie assumat sibi opa satisfactoria ad pla
cādū deū ꝛ ad redimēdū penā. Innocēs aūt silr ope
retꝰ. vt deo placeat ꝛ ne peccet tunc dicta euasio
nō habet locum qꝛ si tunc actus penitētis simul ē
satisfactori9 ꝛ cū hoc meritori9 equalis btitudinis
cū actu innocētis tunc penitēs plus premiabitur
q̄ innocēs. Pro bono ope equali. ¶ Et si dꝛ q̄ act9
penitētis ē min9 meritorius btitudis. q̄ inocētis
hoc ē cōtra cōclusiones pbatas. ¶ Aliter forte re
spōdebitꝰ ad rōnē cōtra vltimā cōclusionē iuxta il
la q̄ dicta sūt i solutiōe tertij p̄ncipalis. s. q̄ op9 ex
teri9 nihil meriti addit sup volitiōes interiores Et
ideo licȝ opa exteriora fortis ꝛ platonis sint eq̄lia tn̄
neuter eoꝝ p̄cise ꝓ eis p̄miatꝰ sed pro bonis voli-
tionib9 ex charitate procedētib9 ꝛ ille non sunt i
eis equales qꝛ vltra actū volendi sic facere ꝛ ei9
executionū talē habȝ plato fortes hȝ actū obediē
tie quo vult implere iniunctum ad redimēdū penā
Et ideo vltra p̄miū equale p̄mio platonis p tali
actu obediētie sibi remittitur pena. Et p idem dꝛ
ad fin. s. q̄ fortes plus punitur q̄ plato qꝛ obligatꝰ
ad actū obediētie ꝛ vult iplere iniunctū et magis
pena ē sic necessitari Sȝ cōtra credat plato se obli
gari ꝛ subdat se sacramētis tūc stat rō. Forte dicis
q̄ penali9 ē sic obligari sic a culpa sua q̄ credere
sic obligari. Cōtra nec ē maior pena sensꝰ ex iniūctio
ne nec ex obligatiōe eo q̄ penitēs satisfacit nec ē
maior pena damni eo q̄ vterq̄ eoꝝ eq̄liter p̄mia-
bit igr ꝛc. Ideo aliter posset dici sicut nunc scribit
vn9 doctor modern9 corrigēs respōsionē suā ali-
am cōtra quā supra ponatꝰ illa cōclusio negatiua.
¶ Dico inquit sine p̄iudicio melioris sententie q̄
actio meritoria satisfactoria semp ē equalis me
riti respectu premij in celo sicut actio non satisfa
ctoria cum eisdem circūstantijs exceptis circum-
stantijs q̄ sūt necessarie ad hoc sit satisfactoria ma
gis tamen est accepta deo quātū ad remissionem
pene propter vnam circumstantiam suam quā illa
non satisfactoria habet qꝛ. s. sit voluntarie recom
pensatione pene pro peccato sibi debite cui cir-
cumstantie non debetur premium aliqd̄ eternum
sed sola remissio pene contra hec responsio nō re-
spondet de bonis opib9 illi9 qui habȝ satisfacere
non tamen facit opa ex itentione satisfaciendi de
pena debita sed placendi deo vel ex alia itentione
charitatis et tamen pie credendum est q̄ talia bo
na opa penam redimāt etiam q̄ñ non intenditur.
Item talis circumstantia que est ad redimenduȝ
penam suam reddit actum suum magis charitati
uū igr etiā magis meritoriū p̄miū eius Añ pbatꝰ
qꝛ ad talē circūstātiā charitas vł dilectio nobis p̄
cepta specialiter inclinat vel obligat igr. ꝛc. assū-
ptū pbatꝰ qꝛ hō ex charitate tenetꝰ velle liberari p-
rimū a pena purgatorij vnde sancta et salubris est
cogitatio pro defunctis exorare secundi mach. xij
sȝ plus tenetꝰ seipsū diligere vel saltē non minus q̄
proximuȝ igitur ꝛc. Confirmatur secundo omissio
libera illius circumstantie foret demeritoria igitꝰ
positio eius est meritoria: añs probatꝰ qꝛ si homo
aliū posset liberare p hoc qd̄ vellet opus suum eē
satisfactoriuȝ pro illo et cum hoc sciret q̄ nō min9

est meritoriꝰ quo ad se et tñ nollet ipsum esse sa-
tisfactoriū talis vtriq peccarz igr similr respectu
sui. ¶ Aliter igitur respōdeo licet sit multū difficil
Respōsio p pria ade. le et dico pmo q vere penitēti solū restat penam
tpalē quā pena eterna pitꝰ et debita ē commuta-
ta Et p hoc soluunt argumēta prima quibus p
babat q relaxatio pene debite pro mortali esset
Nota tri plices actꝰ penitētis. cōpēsatio sufficiēs. Scđo dico q talis vere peni-
tens potest quantū est ad ppositū triplices actus
bonos facere. ꝛc. Pmū itēdit redimere penam sibi
debitam quosdam. s. pura ꝛ sola affectiōe iusticie
quosdam sola affectione cōmodi ppꝛ priuati sibi
liciti et tertios mixtos q simul sint affectiōes cō-
modi ꝛ iusticie vel pcedētes ex talibꝰ ꝛ ita ppor-
Solutio difficultatis de actibꝰ penitētis quos facit pure ppter deū. tionabiliter ex pcedētibꝰ a prioribus de primis q
sūt pure charitatiui ꝛ ad placēdū deo videt mihi
dicēdū q qñ sūt oino similes ꝛ eqles i penitēte et
innocēte habētibꝰ equales gratias q tūc sunt eq
meritoriū respectu beatitudinis eterne vt supꝰ
est argutū et cū hoc redimeret in penitēte ptem
pene debite vel aliqñ totam qr ieiunans motus
pricipaliter vel potiꝰ totaliter ex amore dei ea cū
hoc itētiōe vt expediat a dilatiōe fouēdi dilectio
eo q sibi sit penale ex nimio amore dei pp seipsuz
carere ipsiꝰ desiderato aspectu talis meretur mi-
tigationem pene sibi addite quam pro tali casu
optat abreuiari principaliter vel totaliter qr me
liorē actū nō videt qs posse habere q optet vl itē
dat penā redimere q talē igitur talis vel nullus
videtur dignꝰ pene talis mitigatione. ¶ Sed tunc
videtur q de peccato suo lucret. Respōdet primo
negando cōsequētiaz pp hoc qr innocēs nō habet
actū totaliter similē eo q nō optat per suum actū
liberari a pena cum sciat se non obligari. Sed cō
tra hoc est recedere a casu qui ponit actus oino si
miles in vtroq et igitur oportet q inocens in di-
cto casu recedat vel timeat se obligari ad penam
quam optet sibi remitti vt citius pertingat ad
dilectum motus amore dilecti ꝛ nō amore sui nisi
propter illum ꝛ tunc stabit difficultas Respōdet
q vterq dictorū actuum valet ad premiū eternuz
et ad mitigationē pene quam operatur in illo q i
diget sicut sol rē habēdā humidā et frigidā cale-
facit et desiccat sed rem eque frigidam non tamē
humidam eque calefacit sed non desiccat quia nō
oportet. ¶ Sed etiam similis tunica p equali mer
cede data vni tantum valet contra frigus alteri
vltra hoc valet ad tegendum corpus turpe.
¶ Item indulgentie septime partis pene debite
De idulgētia certe ptis pene. concessa a papa ex thesauro ecclesie vel sufficien
tia mortis xpi vni plus valebit in centuplo q al-
teri/ ꝛ tamen ille non lucratur illum valorem ex
peccato suo sed potius ex bono opere suo et me-
rito mortis xpi. ¶ Sic in proposito penitens de
q peccator penitēs nō reportat cōmodum de pctō suo. peccato suo quantum in se est patitur iacturam
quia est dignus ad tempus priuari dei beatifica
fruitione et ea etiam affligi sensibiliter nisi adiu
uetur specialiter et non reportat de ipso lucrum
sed de bono facto suo lucratur illō bonum ad qđ
aliter nō est dispositus quia non indiget et sicut di
ctum est de actu predicto ita dici potest de quoli-
bet actu bono ex sola affectione iusticie pueniē
te sicut est dilectio dei gratuita super omnis vel
alterius cuiuscumq precise pscientie propter deū

Nota illud quod dicitur in solutione non ex valo
re actuum in se vel ex se sed ex diuina acceptione
et ordinatione et possibile est sic esse ordinatuz si-
cut hic dicitur sed in scriptura non inuenitur exp̄s
sum. ¶ Aliter potest dici q innocenti valeat actꝰ
suus etiam ad bonum temporale puta sanitatem
ꝛc. Loco remissionis pene ad quam penitenti va-
let actus suus. Sed prior responsio est certior a-
pud me. ¶ Secundi actus fiunt ex naturali affe- Solutio dicte difficultatis de actibꝰ q fiunt ex naturali affectiōe cōmodi
ctione commodi priuati respectu sui vel amico-
rum et non ex amore dei gratuito sicut quilibet
naturaliter appetit scire vl sicut omnes homines
volunt esse beati idq vnū ardentissimo amore ap
petunt et propter hoc cetera queq appetunt.
¶ Ut dicit augustinus decimo quintodē trinitate ca
pitulo quinto. constat autem q non omnes appe-
tunt sic beatitudinem ex amore gratuito dei pro-
pter se nec omnes plus deum diligunt q seipsos
talis affectio est mere naturalis et per cōsequēs
actus bonus elicitus tales actus licet sint cū cha
ritate nō tamen procedunt ex charitate Et ideo
secundum intentionem scripture et sanctorum nō
sunt digni premio eterno sed meritorū bonorum
tpalium scilicet redemptionis pene. ꝛc. et si pro
eis detur premium eternuz quando fiunt precise
ex motu naturali hoc erit ex mera dei gratia ꝛ li-
beralitate probatur per beatum gregorium in
omelia cōmuni de apostolis dicētē Ille veraciter
charitatē hꝫ q et amicū diligit in deo et inimicuz
propter deum. ¶ Subdit nā sūt nō nulli q diligūt
proximos per affectum cognationis ꝛ carnis qbꝰ
tamen in hac dilectiōe sacra eloqa nō cōtradicūt
sed aliud est qđ sponte impenditur negatur aliud
quod preceptis dominicis ex charitate debet obe
dire nimirū et proximū diligunt et tñ ista summa
dilectionis premia non assequuntur quia amorem
suū nō spūaliter sed carnaliter impendunt hec il-
le Multo fortius affectio naturalis cōmodi pp
non repugnat preceptis de qua ad ephē quinto. ne
mo carnē suam vnq odio habuit vnde sciendum
q si tales actus non referuntur aliquomō in deū
tunc homo sic agens fruitur creatura igr peccat
mortaliter. Si vero refert eos i deū nō explicite
per modū charitatis sꝫ implicite et vniuersaliter
p modū actionis nature seu naturalis affectiōis
quem sequitur ita q actualiter solum considerat
motum carnalē seu naturalē tamē si interrogatꝰ
pluries resolueret se ipse tandē responderet q sic
ageret propter deum. Et videtur q etiā charitas
ibi comparetur quamuis aliū motꝰ faciant hoc nō
apparere. sic pōt eē ex ordinatione diuina q illis
actibus non correspondet premiū eternū quia nō
referuntur in finem per modum charitatis sed p
modū naturalis affectionis fortiꝰ ꝛ explicite mo
uentis tamen propter conformitatē recte ratiōis
et relationis in finem debet eis premium tpale li
cet in eis venialiter peccetur. ¶ Alūs tñ actibus
qui per modū charitatis vincētis motꝰ naturaliū
affectionū simul concurrentium ad productionē
talium actuū referuntur in deum meretur homo
premiū eternū licet simul venialiter peccet nec se
quitur q existens in peccato mortali per actus af
fectiōis naturalis aliquod temporale mereatur
quia existens in charitate gratus est principi quā

ideo eius opus acceptat ad premium op⁹ vero cō
simile in genere alterius qui sibi ingratus est non
acceptat ymo stat q̄ quicquid alter facit stāte illa
ingratitudine totum deo est ingratū propter igra
titudinem operantis. dicēdū igitur q̄ si penitēs
et innocens faciant tales actus oino equales iux
ta modū p̄dictū scilicet q̄ innocens timeat penā
quam velit redimere tunc fit compensatio inocē-
ti i aliquo bono tp̄ali iuxta vltimū modū solutio
nis pri⁹ positū et iuxta illud vt sis longeuus i ter-
ra vel secundū priore modū penitēti valet actus
suus ad remissionē pene et non innocenti quia nō
est aptus pro tunc ad illum effectum. ¶ De actib⁹
tertiū modi dicendum q̄ propter affectionē iusti-
cie sūt digni premio eterno sed ex affectiōe ꝯmodi
premio temporali et ex hoc sunt meliores q̄ illi q̄
ceteris paribus fiunt amore dei et iusticie/ et ex iā
dictis satis apparet ad omnia argumēta pri⁹ fa-
cta. Ad sextū argumētū prime questionis ꝯcedit
q̄ visio dei est nobis possibilis et non sequitur q̄ esset
infinite p̄fectiōis q̄ nō q̄ talis sit ꝓportio naturā
cognitionū q̄lis ē obiectoꝝ iter se sicut declarabi
tur in p̄ria q̄stiōe. ¶ Ad tertiā probationem dicit
q̄ visio infinitoꝝ obiectorū cuiuslibet distincte so
lius dei nec esset possibilis creature igr̄ concedit
q̄ si talis esset ēet infinite perfectiōis et licz deus sit
obiectū equiualens ymo prepōderās illis obiectis
infinitis si esset nō tñ sequit q̄ visio qua itellect⁹
noster videt deū sit p̄fectiōis infinite q̄ visio crea
ture respectu dei in infinitū plus deficit ab adeq̄-
tiua apprehensiōe diuine cōprehensiuitatis imē-
se q̄ faceret talis visio infinitoꝝ alioꝝ obiectorū
cuiuslibet distincta si daretur a cōprehēsibilitate
et cognoscitiuitate suoꝝ obiectoꝝ. ¶ Ideo ifinitas
illius in perfectione non īfert ifinitatē p̄fectiōis
illi⁹ q̄ est ex parte dei quia cetera non sunt paria.
¶ Ad scdam probationez dicitur q̄ mediante tali
visione de⁹ apparet illud qd ē et si clara dei visio
non sit euidens iudiciū q̄ deus est infinitū bonum
q̄ non est iudiciū cū non sit cōposita vel diuisiua sz
simplex intelligentia tamē ipsa posita statim pōt
haberi iudiciū alicuius actus intellect⁹ quo de⁹
apparet esse bonū infinitū ymo potest contingere
vt verius estimo q̄ eodē actu appareat eē bonuz
infinitū ita vt ipamet visio faciat suū obiectum
apparere infinitum sicut visio baculi cuius ps ē
in aqua et pars supra facit apparere baculuz fra
ctum licet ipa corporalis visio non sit iudiciuz de
hoc et ita de similib⁹/ quia alioquin stante clara
dei visione posset intellectui sic vidēti sicut tangit
argumētum principale non impedito sed suis na
turalibus vlterius relicto aliud a deo apparere
melius et diligibilius qd non credo/ quia tūc cla
re videns deum posset rationabiliter et licite pl⁹
deo aliud a deo diligere quia licite potest illō pl⁹
diligi quod iudicatur rationabiliter melius esse
deo saltem dum modo ibi non sit error ex peccato
ꝓueniens/ preterea aliter nō apparet beatis om
nibus eque bonus et eque amabilis cōtra magistrum
versus finem quarti libri. Forte enim diceretur li
cet deus mediante clara sui visione intuitiue ap-
pareret clare videnti tantus quant⁹ est. Contra
ista abstractiua aut est ipamet visio aut alia co-
gnitio posterior naturaliter si primuz videtur mi
rabile q̄ eodem actu cognoscatur obiectum bea
tificum intuitiue et abstractiue et tamen imp̄fecti⁹
intuitiue cū nulla cognitio sit beatifica nisi ex hoc
q̄ ipsa est clara dei visio. Si secundum vel est sim-
plex dei intelligentia vel compositio et diuisio si
primum tunc de natura sua imperfectius repre-
sentat obiectum q̄ intuitiua correspondens natu
raliter sibi penitentia. ¶ Item si aliqua ratio pro
baret deum non apparere bonum infinitum visio
ne clara intuitiua eque probaret q̄ non abstracti
ua. Si vero dicitur q̄ ista abstractiua posterior na
turaliter visione sit compositio vel diuisio siue iu-
dicium vel ergo est euidens ex terminis vel non si
primū hoc esset per adiutorium visiōis intuitiue
quod falsum est q̄ sicut dicis ista responsio per vi-
sionem intuitiuam deus solum apparet bonum fi
nitum igitur per eam non iuuatur cognitio qua
deus iudicatur esse bonum infinitum ymo potius
iuuatur iudiciū oppositum si ista abstractiua nō ē
nota ex terminis sed habetur per discursū sūptuz
aliunde ex clara visione tantum tunc ante comple
mentum talis discursiue inuestigationis volūtarie
et ratiōabiliter et licite poterit creatura aliq̄ pl⁹
diligi et appretiari q̄ de⁹ clare visus. et ꝯsequēs ē
inconueniens consequētia tenet vt p̄us i argumē
to. Tunc vltra dicitur ad hoc qd tangitur i argu-
mēto negādo q̄ de⁹ sit ꝯp̄hēsibil' ab itellectu crea
to q̄ nulla creatura cognitio ē vel eē potest ita p̄
fecta dei cognitio sicut deus est cognoscibilis et si
cut ipsemet est sua cognitio creatura tamen com
prehensibil' ab itellectu creato q̄ ita perfecte ab
hm̄ōi intellectu est itelligibil' sicut ipsa est ens vñ
licet musca ifinite sit cognoscibilis a deo ꝓ vt ly
ifinite notat magnitudinē cognitiōis vl' p̄fectiōez
modi cognoscēdi tñ ipsa solū finite ē. cognoscibil'
et precise tm̄ quantū ipa est ens etiam a deo ꝓ vt
ly finite vel ly tantum determinat ipsū cognitum
Sed contra dictam solutionē sol totaliter visus
apparet minor q̄ est igr̄ sic potest esse de deo clare
viso. Item sicut obiectum iproportionatum visui
puta lux solis non perfecte videtur, proportiōatū
aut p̄fecte videt sic licet creatura aliq̄ itellectui
proportionata appareat quanta et qualis ē deus
tamen q̄ ifinite iproportionat⁹ alicui intellectui
i ifinitum apparet minor ītuitiue q̄ est. ¶ Item si
luminosum ifinitum distaret ifinite ab oculo ap-
paret sibi finitum igitur pari ratione possibile ē
q̄ obiectum ifinitum itensiue appareat finitum i-
tensiue. ¶ Item semicecus iudicat colorem vel lu
cem ītuitiue sibi apparentem remissiorem q̄ est
vel q̄ iudicet bene videns sed acuties itellectus
creati i ifinituz distat a deo respectu itellect⁹ diui
igr̄ itellectus creatus non iudicabit illud quod a
solo visu itellectuali ifinite acutiei ē cōprehēsibi
le tante p̄fectiōis esse i tali ītuitione quante est.
Respondetur ad p̄ma tria dicitur q̄ siue lumiosū
ponatur esse finitum siue ifinituz nō quelibz pars
eius est sufficienter presens oculo corporali tota
autem dei immensitas est sufficiētissime presens
oculo mētali beati per essentiaz. ¶ Ideo nō ē sic
hic et ibi sed per improportionabilitatē bñ ꝓbat
q̄ deus nō potest cōprehēdi siue videri ab itellectu
creato et sic appars minus bonū itellectui creato
q̄ increato ꝓ vt ly minus determinat ly apparet

De actib⁹ mixtis ex p̄mis et scdis

Nota q̄ clara dei visio ē itellectui cognitio simplex et cum hoc ꝓportiōalis. et c. Ideo ea sola saltē tanq̄ actu cognoscit simpliciter et eq̄literꝗ.

Circa solutiōez isti⁹ ē dubiū vide infra i fine scdi libri vbi ponitur. h.

Nota quō de⁹ nō ē cōprehēsi. a creatura.

etnon li bonum. Et eodem modo dici pōt ad illō de semicecovel dicitur ꝙ in semiceco ē idispositio organi sed hec causa nō habet locum i proposito.

Cōtradicta i isto.ij.ar.

Contra dicta arguitur qꝛ talis clara visio dei vł est ipse deꝰ vel visio creata non primū quia i consilio vienensi de hereticis Capitulo ad nostrum i Clemētis damnatur opinio dicens ꝙ anima nō idiget lumine glorie ipsam eleuante ad deum videndum et eo beatifice fruendum sed nec opinio sibi cōdemnata nec aliqua alia vnq̄ posuit vt videtur ꝙ aīa possit deū videre et eo beatifice frui sine lumine glorie quod est deus igř decretalis ista diffinit lumen glorie aliud ab anima et ꝓ eo requiri ad videndum deum et fruendum eo sed nullū aliud lumen requiritur necessario nisi visio et dilectio igitur nō potest dici scđm videlicꝫ ꝙ talis visio sit creata qꝛ si sic cum creature videatur i verbo a beatis et nō solum sicut i lumine nec ꝓcise sicut i ymagine sicut probauit socius ille contra magistrum sententiarum, et secum idē teneo oportet ꝙ hoc sit eodē actu cognitiuo quo cognouit verbum et creaturam ꝛ hoc ēt sibi concedo ꝙ eodē actu creato pōt aīa beata videre verbum ꝛ creaturam i verbo.

Conceditꝛ ꝙ eodeꝫ actu creato aīa videt ỽbuꝫ ꝛ creaturā i ỽbo.

¶ Sed contra hoc arguit iste socius et ꝓ io sic quia vel per talem actum beatꝰ potest videre aliam rem creatā vel creabilē quātumcūq̄ distincte vel ad videndum aliam rem ab illis quas nunc videt requiritur alius actus. non primū qꝛ tunc ille actus esset cognitio ꝑfectionis ifinite eo ꝙ ipe idē nūero potest esse distincta cognitio dei ꝛ cuiuslibet cognoscibiľ. Si secundum

Conceditꝛ ꝙ ꝓbaťꝛ.rō mbꝰ fineme diūs ꝙ visio q̄ videt ỽbū ꝛ creatura i ỽbo sicut ipsum met ỽbū.

cum talis actus sit visio vel igitur adueniēte scđo corrumpitur prior vel remanet / si primū tunc actus ille non fuisset beatificus qꝛ scđm augustinū xiij. de trinitate cap. vij. de magnis. et xvij. de ꝑuis nullus actus deficiens et nō semper ꝑmāsurꝰ est beatitudo et idē vult. xi. de Ciuitate dei ca. xij Preterea ibi non ē talis successio actuū vt pꝫ per augu. decimo quinto de trinitate ca. xvi. et ē. xvi. de magnis vbi dicit ꝙ non erunt ibi volubiles cogitatiōes nr̄e ab aliis i alias euntes ꝛ redeūtes sed omnē scientiam nostram vno simul aspectu videbimus et non potest dare secundum quia cum vtrūq̄ sit visio verbi cresceret beatifica cognitio et ꝑ ꝯn̄s beatitudo qđ nō videtur dandum ꝛ iterū ibi ponere tot similitudines simul in intellectu cum melius saluari possit per vnam increatam videtur sup̄fluuꝫ similiter sicut aliquando haberꝫ plures cognitiones beatificas et q̄n̄q̄ pauciores sic haberet quandoq̄ plures delectatiōes ꝛ q̄n̄q̄ pauciores quod nō videtur. ¶ Scđo pricipaliter si visio verbi esset actus distinctus a verbo tunc anima xp̄i non posset habere tam perfectam noticiam de aliqua creatura in genere proprio sicut anima lini supposito ꝙ sint equales i naturalibus cōsequētia ꝓbať qꝛ vt pꝫ ꝑ magistrū. iij. sētētiarū aīa xp̄i habet clarissimam dei visionem cuiꝰ ē capax sed cum itēsissima cognitione nō stat i eadem potētia alia cognitio itensissima qꝛ pari ratione staret tertia ꝛ quarta. et sic sine statu Iterum qꝛ experimur ꝙ vna cognitio circa obiectum multū placens remittit cognitionem que est circa aliud vel eam totaliter suspendit. ¶ Itē augu. septimo sup genesim ad lřam ca. xv. dicit ꝙ potētie aīe in actibꝰ suis mutuo se ipediunt igitur a fortiori actus intensus eiusdem potentie ipedit itensionē alterius cum ipo igitur aīa xp̄i habens itēsiuam beatitudinē cuiꝰ est capax si habebit cognitioneꝫ creature i gn̄e proprio ita perfectam sicut ipa ꝑt hr̄e aīa lini sibi ꝑ oīa equalis in naturalibus cuꝫ remissa sua btitudīe oportebit remitti btitudīem aīe xp̄i quod est inconueniens. ¶ Tertio augustinꝰ sup genesim octauo ad lřam ca. xij. de magnis vel xxiiij de paruis ostendens quō diuersimode loqť deꝰ creaturis sup illō genesis scđo quacūq̄ die comederitis ꝛc. si modū inqt q̄rimꝰ quō locutꝰ sit deus certissime tenere debemꝰ deū aut ꝑ substātiā suam loqui aut per subiectā sibi creaturā sꝫ si per substātiam suā nisi ad creādas omnes creaturas spirituales nostre atq̄ intellectuales non solum creandas sed etiam illuminandas cū ille possint capere locutionem eius qualis est i verbo eiꝰ qđ i pricipio apud deum erat et deus erat verbum et post igitur si adam tunc erat posset capere istam locutionē dei quā mentibꝰ angelicis prebet ꝑ suā substātiā hec ille ex hoc pꝫ propositū. s. ꝙ dei substātia sit angelis cognitio. Quarto si aliqđ obstaret hoc marie siue potissime videť ꝙ nō posset saluari tūc ꝙ vnꝰ beatꝰ clarius videret q̄ alius. falsitas probatur qꝛ eque faciliter saluabiť hoc sicut ꝙ. si. sit charitas aīe vt dicit magister i eo et tamē vnꝰ ē chariorꝛ deo q̄ alius igitur. ꝛc. ¶ Deus ē sūme presens intellectibus beatis per illapsum et ipe ē cognitio quare nō poterit ita bene esse tali itellectui creato esse cognitio sicut vnꝰ actꝰ creatꝰ qui nō esset itimus et presens. ¶ Sexto quare nō poterit ita bene poni verbū supplere vicē alicuiꝰ creati sicut vicem speciei nec ita ꝑfecte representabit. ¶ Septimo tunc beatꝰ per talem actum posset aliquid nouiter cognoscere i verbo. et ita posset proficere in cognitione creaturarum eo ꝙ non cognoscit simul per talem actum omnia cognoscibilia falsitas probatur quia tunc posset proficere in amore dei et per ꝯn̄s in beatitudine qꝛ quāto deus plus facit pro aliquo tanto plus tenetur eū diligere. i. falsitas patꝫ ꝑ beatū augustinū. iiij. cōfessionū capitulo octauo vbi loquēs de sciētiis secularibus dicit ¶ Infelix homo deus q̄ scit ista omnia te autem nescit q̄ vero te et ista nouit non propter ista beatior sed propter te solum beatꝰ ē Octauo. xiij. de trinitate capitulo septimo de magnis vel. xiij. de paruis loquēs de felicitate dicit et quod ē oīno beatissimū ita sēꝑ forte certū erit igř beatus ꝑ suū actū quātū ē de ratione actus cognoscit suam securitatem igř de ratiōe actus beatifici est ꝙ ꝑ ipm cognoscitur aliquid aliud a deo et qua ratione vnū pari ratiōe qđlibꝫ cognoscibile ꝛ ꝑ cōsequēs ē ꝑfectiōis ifinite igitur est deus Nono aliquod cognoscibile non potest cognosci in verbo visione btifica et nō ē maior ratio d̄ vno q̄ de alio igř. ꝛc. Aňs probatur qꝛ non stat simul aliquē habere visionem beatificam ꝛ cognoscere se non esse beatum igitur ꝛc. Preterea anselmus de libero ar. cap. vij. Quodlibet cognoscibile cognoscitur sua propria cognitione. ¶ Ad primum conceditur q̄ per eundem actum creatum potest cognosci verbum ꝛ aliqua creatura vel multe nō tamen oportet ꝙ omnes distincte nec etiam per

eundem actum potest videri verbum et creatura possunt tali actu omnia cognoscibilia videri distincte in verbo quia tūc ille actus foret cognitio infinita dico igit̄ ꝙ iste act⁹ q̄ semel rep̄sentat potentie quā informauit obiectū aliquod vel aliqua semꝑ dū informat talē potētiā precise eadē obiecta sibi representabit ꝑ modū cognitionis ⁊ hoc intelligit̄ de obiectis ꝑ se ⁊ non solū per accidēs sicut est in visiōe albedinis ⁊ subiecti eius. ¶ Tunc vltra dico ꝙ potest ibi haberi successio taliū actuum siue dicat ꝙ nulla verbi visio ē de cōmuni legeistiue status icorporalis vel ꝙ vna sola q̄ sit visio verbi p̄cise sit ibi ꝑpetua sed alie non qꝛ sufficit ꝙ nunꝙ cessat prior actus q̄ est verbi visio siue sit verbi solius siue verbi ⁊ simul alteri⁹ quin illo illius cessantis immediate succedat ali⁹ equalens ⁊ p̄cipue rep̄sentās verbū sicut prior et tunc nō oportet ꝙ idē beat⁹ quandoqꝫ clari⁹ quādoqꝫ minus clare videat deū. ¶ Ad augustinum dī ꝙ ip̄e non describit ibi beatitudinē ſꝫ beatū volēs ꝙ ille nō esset beat⁹ q̄ quādoqꝫ esset cessaturus videre deū ⁊ illo frui si tamē desineret habere vnū talē actū dūmodo nunꝙ esset sine equalenti non cessaret esse beatus. ¶ Ad aliaꝫ auctoritatē augustini dicit̄ primo ꝙ hoc ip̄e nō ponit determinatiue sed dubitatiue de fortassis nō erunt ibi volubiles cogitationes nr̄e ⁊c. Et iterū statim post hoc hūt. ¶ Ecce ꝙ profert hoc semꝑ cū nota dubitatiōis. ¶ Scdo dicit̄ ꝙ non negat ibi successionem actuuꝫ sed dicit ꝙ ibi nō erūt volubiles cogitatiōes nostre ab alijs in alias euntes atqꝫ redeūtes. ⁊ hoc ē verū de illis cognitis in q̄b⁹ cōsistit beatitudo essētialis sicut de diuinitate vniuoce et de trib⁹ ꝑsonis. ¶ De alijs aūt nō p̄ōt hoc intelligi etiā dato ꝙ nō per actū creatū sed ꝑ verbū videret aīa beata vt statim ꝓbabo ꝯtra eū. ¶ Dico tertio ꝙ auctoritas est contra eū qꝛ statim additur ibi cum hoc fuerit si hec fuerit formata erit creatura q̄ formabilis fuit sed impossibile ē ꝙ de⁹ sit eius forma igitur per aliam rem a deo est formata cum sic videt et prius tantum isto modo formabilis erat. ¶ Item deducitur auctoritas contra eum quia per verbū supplens vicem cognitiōis vt ipse dicit vel videt intellectus creat⁹ beati omnia alia simul a deo ⁊ quodlibet distincte vel non. si primum tunc verbū est intellectui creato cognitio infinita quod ipse negat. Si secundum cum quodlibet posset distincte cognosci in verbo pari ratiōe sicut i ꝓprio genere igitur ibi poterit esse trāsit⁹ ab alijs ad alia cognoscibilia qđ ē cōtra auctoritatem augustini vbi ip̄emet dicit vel p̄ōt dici ꝙ vno actu videt̄ v̄bū seu illa i q̄bus consistit beatitudo essētialis ⁊ ille act⁹ nunꝙ deficit ſꝫ alia visa i verbo vident̄ distinctis actib⁹ eis distincte correspondētib⁹ causatis a verbo clare viso ꝑ actū primū ⁊ ita i talibus visionibus creaturarū i verbo que dicuntur cognitio matutina verbum obedientialiter potētiam cognitiuā mouet non vt speculum vel ymago sed vt species obedientialis non terminatiue ad se ſꝫ ad creaturas quas videns verbum visione prima videt nō eadem visione sed alijs. de quib⁹ ē dictū sed tales quādoqꝫ possūt desinere ⁊ qn̄qꝫ de nouo fieri de hoc ēt vide notarū i marginali ibi. q. 44. ¶ Ad secundū negatur ꝯn̄a qꝛ tales act⁹ nō repugnāt ⁊ possūt recipi nō tot quin plures simul i eadē aīa sub gradib⁹ itēsissimis difficultas autē in

De cognitione creaturarum i verbo.

contrariū experta est pena pc̄ti sed tales defectus nō erūt in patria ⁊ idē dī ad augustinū. ¶ Ad tertiū dī ꝙ sicut de⁹ creat ꝑ suā substātiā sine aliquo actu medio nō tn̄ sine noue rei īpositiōe sic sine medio cōpricipiāte efficit illuminatiōem ⁊ cognitionē qua angel⁹ cognoscit etiā hoc fit sine subiecto medio qđ directi⁹ ē ad itētionē augustini qꝛ statiꝫ addit illa. Aut q̄ ea locutionē qualis ē i verbo capere nō possunt cū eis loq̄tur de⁹ nō nisi ꝑ creaturam aut tn̄ modo spiritualem aut in sōnis aut in extasi aut i similitudine reꝝ corporaliū aut etiam per ip̄am corporalē de sensib⁹ corporis aliq̄ species apparēt vel isonāt alique voces hec ille. Ecce plane ꝙ vocat locutionē ꝑ creaturas qn̄ illa ē obiectū mediatū alicui⁹ alteri⁹ ducens i alteri⁹ rei noticiā sicut ꝑ voces significatiuas auditas cōcipimus res ⁊ per hoc nō excludit actū mediū cui⁹ imediatū obiectū sit substātia dei ſꝫ excludit obiecta media i verbi visiōe. Preterea lꝫ de⁹ loquatur creature ꝑ substātiā suā ostēdēdo creature semetip̄m sine oī medio ex ꝑte sui tn̄ creatura audit ꝑ actū suū in se subiectiue receptū. Ad quartū dī ꝙ magisterij hoc cōiter nō tenet̄ etiā ille videt clari⁹ i quo ē clarior visio ⁊ fruitio. Ad quintū dī ꝙ etiā de⁹ intime p̄ns est damnatis nō tn̄ ꝑ hoc ē visio. Ad sextū nō pono vsquā aliquam speciem recipi i potētia q̄ sit p̄uia primo actui/ ſꝫ solū in medio ⁊ organis sensuū ⁊ si concedit̄ species tn̄ vbi obiectū ē imediate p̄sens potētie obiectaliter quo ad se ibi omnino poneret̄ sup̄flue sic est de deo ⁊c. ¶ Et cū dicit apostol⁹. i ad corinth. 5. per fidē ambulam⁹ ⁊ nō ꝑ speciem intelligit ꝑ speciē idē ꝙ per presētiā. Ad septimū dicendum ꝙ in isto amore q̄ p̄supponit cōpositionē ⁊ diuisionem de quo ꝓcedit argumētū nō ꝯsistit essētialis btitudo/ btitudines aūt accidētales bn̄ possunt itēdi ibi ⁊ remitti etiā cessare qn̄qꝫ ⁊ resumi. ¶ Ad octauū dī ꝙ sola deitas obiectiue beatificat essētiali btitudine sicut ꝓbat auctoritas augu. quisto cōfes. allegata ⁊ iō negat̄ ꝙ alicui⁹ alteri⁹ a deo tāꝙ obiecti oportet esse actū beatificū nec securitas ꝑpetuitatis est pars vel obiectū hui⁹ btitudinis ſꝫ beatitudīs aggregate/ ex oī parte accidētalis beatitudinis. Ad nonū dico ꝙ cū clara dei visiōe posset stare ꝙ sic vidēs nō semꝑ habitur⁹ esset beatitudinem et ita nō esset beatus: nec visio sua esset beatifica lꝫ esset clara verūtamē bn̄ cōcedēdum ē ꝙ ꝑ visionē in v̄bo nō p̄ōt scire quodlibet ab eo cognoscibile qꝛ nō p̄ōt scire se nō videre verbū. ¶ Ad anselmuꝫ dī ꝙ ip̄e solū loq̄tur ibi de cognitiōe possibili i genere ꝓprio. Nota circa solutionē sexti dubij q̄ ponit̄ i pricipio scdi articuli ꝙ qn̄ visiōes seu cognitiōes ꝓducunt̄ i potētia vel potētijs scd̄m naturalē influxū seu actiuitatē ⁊ scd̄m vltimū posse obiectorū remotis oīb⁹ ipedimētis ex ꝑte potētie et quoruncūqꝫ alioꝝ: tūc talis erit ꝓportio cognitionū qualis ē obiectoꝝ iterse. In alijs vero nō opꝫ de hoc vide pl⁹ i sequēti. q. ¶ Preterea sciēdū ē circa scd̄am partē eiusdē solutiōis ꝙ nō opꝫ visionē vel cognitionē ꝓpt hoc eē ꝑfectiorē visionē ꝙ ꝑ eā videtur multa similia oīo: qꝛ ꝑ visionē eandem ꝑ quā videt homo vnū ouū videret oīa simplicit̄ infinita oīno silia si ceteris pīb⁹ essēt sibi equalit̄ presentata vnde si de⁹ i aliquo situ faceret īfinita oua equalia ⁊ angel⁹ eēt p̄sens illi situi ⁊ cuilibꝫ ei⁹ parti eadē visiōe finita q̄ videret vnū videret

Visio nō ē ꝑfectior ꝑfectior qꝛ ꝑ eā videnē plura.

te sua esset magis charus deo q antea dũ vixit et
cum tunc nõ mereretur esse charior concedenda est
conclusio quia vsq tunc meruit eẽ ita carus et an
te non meruerat esse ita char9. ¶ Sextum dubiuz
deus est causa totalis volitionis igitur etc. Ante- Sextum dubium.
cedens probatur per descriptionem cause totalis
posita omniũ volitione dicitur q velit me diligere
sequitur q diligam si autẽ nolit non diligã igit. etc
Respondetur q illa nõ est descriptio totalis cau-
se nisi addatur cum alio circũscripto i ratiõe cau
se ita q illud est cã totalis quo posito oib9 aliis
in ratione cause circũscriptis ponitur effectus et
ideo si deus circũscripta voluntate et omnibus a
liis in ratione cause concurrentibus saltem acti-
ue causaret dilectionẽ fortis vel combustionem
ignis tunc esset causa totalis nunc autem vtrobi
q concurrit actiue aliud agens particulare.
¶ Septimum dubium tunc possem tantum dilige
re deum q vellem sibi dare gloriam infinitam si Septimuz dubium
possem et si ipse non haberet illam tunc sequitur
q deus teneretur mihi dare tantam gloriaz quã
tam possz Probatur consequentia quia si de fa-
cto darem sibi tantam gloriam teneretur ex gra-
titudine tantam mihi dare quantã posset cũ igit
voluntas reputetur imperfectio vbi ex impoten
tia deficit executio eo q actus exterior vel paruz
vel nihil addit super bonitatem actus interioris
quo ad rationem meriti sequitur propositum.
¶ Respondetur q de facto tanta beneficia habe-
mus a deo q de iure naturali sua immensa boni-
tas. a qua hec beneficia procedũt posset a quolz
nostrum exigere tantũ amorem q̃tus exprimitur
in argumento sed de sua speciali gratia in hoc p-
cit nostre infirmitati. ¶ Et ideo habenti tantum

amorem nihil vltra beneficia iam collata. teneretur nisi hoc de sue gratiosissime liberalitatis influentia prouenitret. ¶ Contra saltem si haberet tantum amorem ad deū ⁊ ad hoc sibi non teneret tūc ipse teneretur mihi igitur si diligerem proximū meum vel angelū aliquem ita pfecte ꝙ si ipse nō esset et ego possem causare ipsum ⁊ si peccaret redimerem eum et beatificarem tunc cum ad talem amorem sibi nō tenear ⁊ voluntas reputetur pro facto ipe tantum teneretur mihi quantum sicut si hoc fecissem. falsitas probatur quia tūc licite posset me causatū diligere vł quasi ex tali causa quā tum teneor deum diligere ex hoc ꝙ me creauit et beatificauit cōsequens est cōtra sanctos. vnde anselmus in meditationibus dñe quia fecisti me de deo amore tuo me ipsū totum ⁊c. ⁊ iterum pro redemptione mea ⁊c. ⁊ iterū meipsum ⁊ plusꝗ me ipsum pro deo promisso in beatitudinem obiectiuā. ¶ Et similiter beatus bernardꝰ de diligendo deo si me totū debeo pro me facto quid addā iam pro refacto in primo opere me mihi dedit in secundo me sibi reddidit datus igitur et redditus me pro me debeo et bis debeo dicendum ꝙ adhuc deꝰ mihi non teneretur nisi ex sua gratia quia non teneretur acceptare illam affectionem meam. ¶ Unde posito per impossibile ꝙ a me ipso vel aliunde esset et a deo in nullo dependerem adhuc deus infinite mihi esset amabilis et omnibus diligibilibus diligibilior propter hoc ꝙ ipse est in se infinite bonus et sue bonitatis in alia a se diffusiuus ⁊ igitur si nunꝗ diffunderet eam aliis adhuc nō minus esset diligibilis. diligere autem eum precise propter beneficia amoi est potius mercenarii ꝗ amici. ¶ Ex hoc patet vlterius ꝙ in illo casu posito de proximo proximus si esset iuris sui et non alterius deberet se totum mihi tanꝗ amico et benefactori sed nō tanꝗ summe amabili. ¶ Et ideo deberet me diligere tamen incomparabiliter teneretur mihi minus ꝗ deo qui creauit eum nullo ad hoc mouente nisi sua bonitate ego autem non sic fecissem nisi aliquo mouente ad hoc et etiam deus dedit pro me bonum infinitum redimendo me et dabit bonum infinitum beatificando creatura autem non posset dare nisi ꝙ posset dare nec plus velle efficaciter ⁊ absolute conditionaliter aut velle est longe minus diligibile. ¶ Item posset dici ꝙ antecedens illius conditionalis scilicet ꝙ aliunde non teneretur est impossibile et similiter me creare angelum ⁊c. absq; eo ꝙ hoc sit mihi collatum a deo est impossibile igitur non est mihi mirum quodlibet inde sequi sed ad hoc ꝙ vellem creare angelum si deo placeret mihi dare hoc posse sufficit satis remissa dilectio nec ex hoc de iure stricto mihi quicꝗ teneretur angelꝰ. sed deo ꝗuis iam ex dei dispositione inter amantes homines sit gratitudo readamatiōis ordinata.

8. dubium.

¶ Octauum dubium tunc deus inequaliter merentes nō posset iuste premiare secundum plus et minus falsitas probatur posito ꝙ plato plus mereatur ꝗ sortes tunc vterq; premiabitur premio infinito secundum durationem accipio tunc premium platonis quod debet esse intensius durans per annum de illo gaudere debet plato in aliquo gradu et licet sortes de suo premio non tantum debeat gaudere pro vno anno tamen de hoc ꝙ durabit ꝑ plures annos scilicet per centum tantum habet gaudere. Et quia in multitudine infinita annorum nō est pluries vnus annus ꝗ in multitudine infinita centenariorum centum anni sequitur ꝙ per equalitatem tantum gaudebit et premiabitur sortes sicut plato. ¶ Respondetur ꝙ licet tales equaliter debeant premiari secundum durationem non tamen secundum equalē gradum premij nec oportet ꝙ aliquis eorum intensius gaudeat de duratione sui premij per annum ꝗ per centum sed sufficit gaudium alicuius certi gradꝰ de premio habendo per totam durationem infinitam. ¶ Sed si fiat argumentum de gaudio rationabiliter habēdo tunc quia tantum mihi placeret forte habere minus gaudium per maius tempus sicut maius per minus tempus facta debita correspondentia secundum hoc videtur rationabile quod assumitur ¶ Et tunc vltra dicitur ꝙ in infinita duratione futura non totiens sunt centum anni quotiēs vnus et in multitudine infinita annorum sunt plures anni ꝗ in multitudine infinita centenariorum sint centenarii. ⁊ ꝙ in vna multitudine infinita sūt plures anni ꝗ in alia, si tamen totiens et quotiens accipiantur proprie tunc non reperiuntur nisi in multitudine finita et tunc totiens essent ibi centum quotiens vnus vnde etiam conceditur ꝙ in continuo sunt plures partes ꝗ in eius medietate licet vtrobiq; sit infinita multitudo. ¶ Et hec est sententia lynconiensis super librum posteriorum quia in multitudinibus infinitis est inuenire maiorem et minorem ymo et quasi omnes ꝓportiones numerales scilicet duplum quadruplū et sic in infinitum.

9. dubium.

¶ Nonum dubium si voluntas agit libere igit̄ potest efficaciꝰ ⁊ velociꝰ agere et sic in infinitū. ¶ Et si nulla sit resistētia potest agere subito in primo instanti quo agit ponatur igitur ꝙ ita sit ⁊ ex tunc intendat actum suum donec acquirat per successiuam augmentationem tantum quantum produxit in primo instāti, quia igit̄ in primo instanti in isto casu non potest post ꝑmū instans equale producere illi nisi in tēpore quod producebatur in primo instanti igitur in infinitū efficaciꝰ aget vel intendet agere in primo istāti ꝗ post cum eadem sit proportio i velocitate vel efficacia actionum que est mensurarum. ¶ Respondetur ꝙ lʒ in ptāte voluntatis sit actum suspēdere vel cōtinuare nō tn̄ est in ptāte eiꝰ sic libere cōtinue intēdere actū suū nisi alia causa cōcurrēte scʒ quis vel perfectiꝰ cognoscit vel qr obiectū apparet melius. ¶ Exemplum sol quādo nubes sūt multum spisse illuminat medium in aliquo gradu in primo instanti si aūt continue nubes rarefiant continue intendit lumen ⁊ eque faciliter. tūc producit lumen perfectius sicut primo imperfectius ymo totum lumen quod causat in fine causaret in principio si omnia vniformiter se habuissent ita credo esse in proposito de voluntate intēdente actum suum nisi ꝙ libere pōt cessare sol autem non. ¶ Unde in casu argumenti efficaciꝰ ageret voluntas primo postꝗ in principio quia factū in instanti in quolibet instanti temporis posterioris cōseruaret ⁊ continue plus adderet, ꝯseruare vero tāte ꝟtutis est sicut ꝑmo producere ceteris paribus dato etiam ꝙ voluntas nullo alio cōcurrente et aliter se habente. posset de se actum intē

dere. et remittere sicut deus potest quod tamen
dicendum esse non credo dicendum esset commu
niter q illam medietatem totius actus quã suc
cessiue apposuit illi q in principio causabatur su
bito poterat a principio concausasse ita faciliter
sicut presentia solis in quolibet instanti temporis
sequentis potuit simul produxisse quod de facto
successiue produxit cuius oppositum sumit argu-
mentum. ¶ Et tunc etiam sequitur vltra q in infi-
nitũ expeditius et citius posset agere q̃ agit quã-
do successiue agit si sibi placeret nec ex hoc argui
tur infinitas in vigore qꝛ effectus fact⁹ est in nul-
la resistentia et licet in infinitum citius ageret ef
fectum in instanti q̃ postea equalem in tempore
tamen postea stante casu argumenti efficati⁹ age
ret vt dictum est in prima solutione q̃ plus placet
a de. ¶ Decimũ dubium tunc voluntas posset libe
re mereri continue per aliquod tempus et per cõ
10. dubiũ. sequens deus posset correspondẽter charitatem
augere. falsitas probatur quia talis charitas nõ
esset increata vt patet de se nec creata quia tunc
fieret subito etiã talis videtur dependere ab aĩa
igitur non precise causatur a deo ꝛc. Respõdetur
q talis charitas est creata successiue vel in instã-
ti sicut deo placet. ¶ Nec dependet ab anima effe
ctiue licet forte subiectiue. ¶ Undecimum dubiũ
tunc vnus posset libere plus peccare mortaliter
11. dubium alio falsitas probatur quia quilibet peccãs mor
taliter peccat infinite quia peccãs venialiter me-
retur certam penam et peccans mortaliter mere-
tur plus in infinitum de pena igitur plus peccat
in infinitum consequentia tenet quia aliter deus
puniret vltra condignũ q est contra sanctos. ¶ Re
spondetur q peccans mortaliter peccat infinite
obiectiue scilicet ratione infiniti obiecti a quo se
auertit preceptum paruipendẽdo quod non debe
ret etiam pro infinitis mundis secundũ anselmũ
2. capi. ¶ Cur deus homo capi 19. et ita preponit
illud quod in infinitum minus bonum est bono in
finito tamen talis non peccat infinite ratione infi
nitatis actus secundum intentionẽ ꝛ ideo in hoc
possunt esse gradus secundum plus et minus di-
ces forte q eadem ratione peccatum veniale eẽt
infinite puniendum quia esset contra bonum infi
nitum. ¶ Respondetur q non sequitur quia in pec
cato veniali nullus auertit se a deo sed vel ma-
gis tepide adheret deo vel minus excessiue adhe
ret alteri tenendo se tamen semper ad deum infle
xibiliter nec pro quacunq re mundi volendo ab
illo diuerti vel ipsum grauiter offendere. ¶ Duo
decimum dubium. Cum virtus sit circa difficile
secundo ethicorũ igitur magis virtuosum est vi-
12. dubiuʒ. cere magis difficile ꝛ quia data difficultate volũ
tas potest vincere duplam quadruplam et sic in i
finitum igitur erit infinita in vigore. ¶ Et si ali-
qua difficultas tanta dabitur que voluntatẽ vin
cit tunc quo ad hoc necessitatur et non agit libe-
re actum suum quod est contra conclusionem pri
cipalem huius questionis. Preterea quanto pas
sio vel tentatio est fortior tãto magis retrahit vo
luntatem a bono et tanto difficilius voluntas re
sistit duplicando igitur et quadruplicando et sic
in infinitum fortitudinem passionis voluntas re-
sistere non valebit igitur etiam nec libere elicere
actum suum poterit circa illam. ¶ Confirmãtur
ambo argumenta quia ad galat᷑. quinto dicitur
q caro concupiscit aduersus spiritum. et tertio
de anima appetitus sunt contrarij sed vbi est con
trarietas ꝛ resistentia ibi est certa proportio con
trariorum seu potentie et resistentie igitur vnum
eorum potest tantum augeri q simpliciter vincet
alius. Item dicitur septimo ethicorum q inconti
nens vincitur a passionibus. Item volũtas eque
faciliter et eque libere eliciat actus suos circa
omnia obiecta ita q vinci non poterit tunc eque
facile esset hominem velle subire martyriuʒ sicut
velle leuare festucam quod non apparet. Item si
eque faciliter elicere valeat actus suos circa ma
teriam difficilem et circa facilem tunc auferetur
omnis maioritas meriti. Unde chrysostomus di-
cit q obseruatio preceptorum facilis est sed con-
siliorum difficilis sed magne remunerationis.
Item secundo ethicorum capitulo secundo ꝛ eti-
am tertio phisicorum in fine vult aristoteles q ni
hil difficilius est q̃ a delectationibus abstinere.
¶ Respondeo q magis virtuosum est vincere for
tius motiuum ad oppositum actus virtuosi / sed
hoc vlterius diuersimode sustineri potest modus
vnus concedit voluntatem esse infinitam licet nõ
sit deus et iste non placet mihi. ¶ Item nec ille pla
cet mihi qui ponit voluntatem esse infinite actiui
tatis seu vigoris in agendo sed finite perfectio-
nis in agendo quia licet aliqua entitas perfecti-
or alia in essendo quandoq minus sit actiua ta-
men quodlibet tantum habet de entitate quantũ
habet de accidente / nam agere presupponit esse ꝛ
perfectum agere perfectum esse. ¶ Igitur potest
quis aliter ymaginari de hoc vno modo q ista dif
ficultas sit solum respectu appetitus sensitiui et
quandoq tantum crescit difficultas aggredi tri-
stia et respuendi delectabilia secundum appeti-
tum sensitiuum quod impossibile foret appetitui
sensitiuo vel homini secundum talem appetitum
vincere nisi admiraretur. ¶ Adiutorium autem ẽ
duplex vnum habitus acquisiti etiam appetitui
sensitiuo ex bona assuefactione ꝛ disciplina q̃ sũt
moderamẽ taliũ passionũ sicut pꝫ i pueris ymo ꝛ
i canib⁹ ꝛ aliis bestiis plurib⁹. ¶ Scdm adiutoriũ
est volũtas libera hñs ministeriũ rõis dictãtis qd
fugiẽdũ ꝛ qd ꝓsequendũ lꝫ appetit⁹ sensitiuus. i.
ipsamet i hoib⁹ scdm appetitiões sensuales incli-
net ad vnã partẽ tñ totũ hoiem facit i cõtrarium
ferre. ꝛ hoc ẽ q dr tertio de aĩa vincit aliqñ ꝛ mo
uet seipm sicut spera sperã ꝛ appetit⁹ appetitum
sicut etiã. 7. ethicoꝝ dr de continente qui nõ sequi
tur passiones sed etiaꝫ rationẽ. ¶ Tota igit̃ diffi-
cultas i hmõi sensu hũc modũ ponendi attẽditur
penes appetitũ sensitiuũ ꝛ nõ penes itellectum q̃
i nullo difficultatẽ quin valeat liberrime velle op
positũ ꝛ ita libẽ. durissimũ subire martyriuꝫ sicut
q̃ sicũq aliõ q̃tũcũq leue. ¶ Et hec erat rñsio ma
gistri richardi cãpsale. Et lꝫ reputẽ hãc viã pul-
chrã ꝛ mihi verisimilẽ q̃ ad hoc q volũtas p nul-
lã difficultatẽ necessitari põt. Jõ etiã augu. de li.
ar. ca. 5. dicit q met⁹ mortis q̃ cadere põt i cõstãtẽ
virũ nõ põt necessitare hoiem ad mentiendum ꝛ si
in primo casu mentiretur puniendus esset pro mẽ
datio etiam secundum Anselmum semper habet
aĩa aliquod liberũ ar. vnde seruare possit iustici-
am tamen difficile est videre quin tantum possit

augeri difficultas q voluntas necessitetur quod
tamen non concedimus sed ponimus oppositum
scilicet q nulla difficultate obstāte ipsa libere po
test conformiter velle diuinis preceptis concedo
etiam aliud dictum eiusdem vie scilicet q quan-
tumcunqz homo velit libere tamen difficile est su
stinere tristia secundum sensuz vel abstinere a ma
gnis delectationibus sensus licet velle abstinere
sit virtuoso facillimuz ymo delectabile nec mirū
si habitudo potentie ad ipsum velle et posse velle
facilior sit q posse sustinere sepe enim efficaciter
volumus in nobis impossibilia et igitur non sunt
ad volendum difficilia sed ad sustinendum vel si
hoc sit difficile velle hoc est per aliam viā seu ali-
um modum scilicet per volitionem retentam in-
clinantem formaliter ad contrarium vt qui nimi-
um diligit seipsum valde fugit corruptius sui et
tamen cum tali volitione absoluta ad semetipsuz
ex dei amore vel iusticie possibile erit z velle susti
nere tristia et delectationes indebitas fugere ta-
men semper remouet difficultas sustinēdi de hoc
rich. super illud omne caput languidum dicit q in
nobis post lapsum primi hominis cogitatōes co
gitationibus cōtradicunt affectiones affectioni-
bus resistunt et surgit gens contra gentem et re-
gnum aduersus regnu et insurgunt sepe boni mo-
tus contra malos et mali cōtra bonos z q magis
est mali contra malos et diuiduntur cōtra semet-
ipsos ymo q his omnibus miserabilius est boni i
surgunt contra bonos/quis etiam nesciat q gra-
uis sepe contentio fiat inter auariciam et gulam
non dico de talēto sed de solo nūmo dicitur q vna
vult expendi alia precipit reseruari. Item aliud
sepe loquitur iusticia aliud misericordia. et q di-
citur ab vna contra dicitur ab alia hec ille p istuz
modum potest voluntas habens vnam volitionē
per istam difficultari respectu alterius igitur est
motus alius a priori. ¶ Sed quomodo meret vo-
lendo cum hoc sit ita facile. Respondetur q ipsa
eadem natura realiter cui ista volitio est ita faci
lis ad causandum est cui ipsa penalitas volita dif
ficillima est ad sustinendum et ideo meretur non
propter difficultatem volitionis sed tollerande
penalitatis quam libere potest vitare. ¶ Sed ad-
huc stat difficultas quia non solum passiones ire
vel timoris vel voluptatum zc. penales sunt sen-
sualitati sed etiam faciunt difficultatem volunta
ti secundum apostolum ad ro. 7. de lege membro-
rum zc. et quandoqz difficile est voluntatem eas
reprimere quod tamen potest licet cū difficile ad
horam et tante posset esse q esset sibi illas repri-
mere impossibile licet non necessitetur ad confor
mandum se illis inclinationibus difformibus ra-
tiōi recte quia adhuc facillime potest se tenere i
Tertia via actibus suis liberis licet passiones nō posset om-
nino tollere. ¶ Tertius modus esset iuxta secun-
dam conclusionem principalem q sicut vna voli-
tio quandoqz necessitat ad aliam habitis aliis re
quisitis ita quandoqz vna notabiliter inclinat ad
aliam intantum q stante volitione preuia inclinā
te suspenditur alia ad cuius contrarium inclinat
prima et quandoqz vna impedit aliam. quandoqz
remittit et quandoqz impossibilitat ad eam sicut
habēs amicū inclinat ad velle sibi prospera zc. sic z
canis quandoqz simul appetit cibum z inclinatur
ad panem sibi porrectum tamen et ex alia parte i

clinatur ad fugam timens ictum sic et in volunta
te inueniuntur inclinationes seu appetitus con-
trarij vt patet per ansel. in libro de casu dyab. ca.
13. 15. z. 16. vbi dicit q homo secundum volunta-
tem habet affectiones commodi et iusti inclinati
uas in contrarias partes et in isto casu diffinitur
voluntas per semetipsam quādo ex vna parte vel
let commodum vel honores et ex alia parte vult
talis respuere propter deuz. ¶ Quarta via q pas- Quarta via.
sio sensitiua vel obiectum delectabile seu triste se
cundum sensum vel tētatio et sic de aliis facit vo
luntati difficultatem etiam ne ita faciliter sicut
sine ea eliciat actum volitiuum et maior maiorez
sed non in duplo maior in duplo maiorem z ita nō
poterit deueniri ad aliquam tentationem finitaz
que vincere valeat voluntatē. ¶ Ex predictis pa-
tet ad formam argumenti secundum primam viā
assumitur falsum scilicet q voluntas cum difficul
tate vincat passiones quia secundum illam viam
nulla difficultas sit in voluntate in eo q volūtas
sed in appetitu sensitiuo vel in eo q sensualitas ē
¶ Secūdum viam scdam dicēdum est q voluntas
non potest difficultari ad eliciendum actus suos
sed bene difficultas est in tollerādo vel respuēdo
passiones. ¶ Sed secūdum viam tertiam licet vo-
luntas non posset difficultari ab alio tamen seip-
sam difficultat volēdo simul absolute vel cōditio
naliter aliqua que vix compatiuntur se. ¶ Secū-
dum viam quartam dicitur q licet tanta passio tā
tum difficultet voluntatem nō tamen dupla i du-
plo. ¶ Et licet hec responsio sit magis cauta q ve
ra tamen iuuatur per experientiam quia licet in-
carcerari per vnum diem sit odiosum et verecun-
dum tamen incarcerari duob9 diebus z sic propor
tionaliter nō est in duplo z sic proportionaliter tristi
us ac verecūdi9. ¶ Contra vltimum modum licet
duplum non in duplo plus difficultet tamē tātuz cōtra quar
poterit addi q in duplo plus difficultabit et tan- tā rñsionē.
tū q in quadruplo et sic in infinitū igit non soluit.
¶ Dicit q voluntas virtuose resistendo vni facili
us potest resistere secundo z ita potest crescere fa
cilitas ex parte voluntatis sicut ex parte obiecti
delectatio vl tristitia. ¶ Contra si stante prima di-
spositiōe volūtatis imediate occurreret obiectū
magis triste vel delectabile plus eam difficulta-
ret q si occurreret obiectū min9 tale z tunc dedu
citur argumētū vt pri9. ¶ Contra rñsionē triū via
rum quam tu eligis arguit Anselm9 de conceptu Cōtra rñ-
virginali dicit ca. 1. nihil est pena alicui nisi q est sionē arg9
eius voluntatē igitur nō est in potestate volunta
tis nō odire penā dū infligitur igitur quo ad hoc
nō volūtas diuina zc. Dicetur sicut cōiter z bene
q pena ē contra naturalem inclinationē volūta-
tis vel contra voluntatem quo ad affectionē cō-
modi nō tamē quo ad affectionē iusticie qz vt sic
volūtas prehabita deliberatiōe semper est plene
dña nec respectu hui9 acceptatiōis habende diffi
cultat nisi modo pdicto. ¶ Contra concessuz ē pri
us q voluntas ita potest affici affectiōe naturali
ad aliquid q aliqñ voluntati est difficile tollere
affectiones sensualiter mouentes ipsam volunta
tem z aliquando impossibile z nō est in ptāte vo-
lūtatis talē naturalē volitionē nō habere vl tol-
lere ponat igit q aliqis habeat affectionem hmōi
ita intensam sicut posset habere aliquod obiectū
delectabile vel tūc voluntas per suam libertatē

potest in contrarium secundum affectionem iusti
cie ita faciliter sicut si non afficeretur vel si non si
non tunc difficultatur et stabit argumentum pri
ma factum scilicet ꝙ tandem poterit vinci si
eque faciliter tunc non haberet necesse fuge-
re occasionem mali. ¶ Secundo tunc nulla as-
suefactio ad malum īpediret vel difficultaret vo
luntatem ad volendū quod bonū ē scđz dictamē
rationis falsitas ꝓbatur .2. ethi. vbi dī si aliquis
non ignorans ex q̄bus erit iniust⁹ volens vtiq̄ in
iustus erit non si velit iniust⁹ existens requiescit
⁊ erit iust⁹ sicut libere ꝓiicit homo lapidē ⁊ ta
men nō est in ptāte eius ꝓiectā resumere. ¶ Si-
militer gregori⁹ super illud arborem fieri dicit ꝙ
culpa grauis ī cōsuetudinē ducta ita obligat mē
tem ꝙ nequaꝙ̄ assurgere possit ad rectitudinē co
natur ⁊ labitur qꝛ vbi sponte diu persistit ibi ⁊ cū
voluerit coacta cadit. ¶ Item ysidor⁹ de sūmo bo
no cogitatio ꝓuis delectationē parit delectatio
consensum/cōsensus actionem/actio consuetudi
nem/consuetudo necessitatem. ¶ Tertio discipu-
lus ansel. de li. ar. ca 6. dicit quādā esse impoten
tiam in voluntate quam omnes experimur cum
violentia tentationis superamur ⁊ post fateri me
oportet nos aliquādo premi tētatiōibus vt sine
difficultate nō valeam⁹ nolle ꝙ suggerūt. Et rñ-
det magister ꝙ hec vis tentationis non eam auer
tit a rectitudine si ipsa non vult ꝙ suggerit ten-
tatio quapropter inquit dubitare non debes hanc
impotentiam seruandi rectitudinem quam dicit
in nostra voluntate esse cum tentationib⁹ consen
timus non esse cum impossibilitate sed ex difficul
tate hec autem difficultas permittit voluntatem
libertatis impugnare nāq̄ potest inuitam expu-
gnare nequaꝙ̄ inuitam. ¶ Et iterū in fine capituli
concedit discipulus ꝙ voluntas non potest tenere
suam rectitudinem sine difficultate hoc autem vt
dicit non aufert voluntati potestatem perseuerā-
di in rectitudine. ¶ Ex quib⁹ videtur ꝙ voluntas
respectu affectionis iusticie etiā patitur difficul
tatem. ¶ Quarto probatur ratione omne mouēs
quod īuenit in passo resistentiā impeditūr a velo-
citate vel ab efficacia agendi hoc difficultatur ī
mouendo sed sic voluntas impeditur ab appetitu
sensitiuo et naturali affectione cōmodi etiā respe
ctu volitionū sequētiū rationis igit̄ difficultatur
non solum in reprimēdo motus sensatiōis sed eti-
am in eliciēdo actus deliberationis quos nō ita ī
tense nec ita celeriter valet causare stante appe-
titu sensitiuo inclinante ad contrarium sicut sine
illo. Item tunc stabit prima forma. s. ꝙ tam gra-
ues passiones possent insurgere ꝙ totaliter volū
tatem impedirent. ¶ Quero quare dicas volun-
tatem difficultari in reprimendo motus sensatio
nis aut quia nō potest subito eos tollere ⁊ ex hoc
sequitur propositum ꝙ actum summū tunc nō po-
terit habere stante passione inclinante in cōtrari-
um per quam impeditur ab intētione actus volē
di ⁊ per consequens sicut remittetur vel reprime
tur appetitio sensualis vel passio ita successiue ⁊
non simul intēdetur volitio quare sequitur volū
tatem difficultari respectu talis actus vel hoc di
cetur quia maior et grauior passio requirit mai⁹
tempus pro repressione ꝙ̄ minor ⁊ si hoc igitur in
tensior actus volēdi req̄rit maius temp⁹ ꝓ sui au
gmentatione in presentia appetitus ī contrarium

⁊ hoc est difficultari igitur euasio nulla. ¶ Ad pri
mum rñdet ⁊ bene vnus doctor in disputatione hy
bernicus ꝙ quātūcūq̄ crescat passio illata ab ob
iecto delectabili vel tristabili secūdum sensuz dū
modo plene stet iudiciuz rationis adhuc eque fa-
ciliter poterit voluntas nolle seu nō velle consen
tire illi motioni passionis siue sit magna siue par
ua licet forte per actus. s. propter alium actuz nō
ita intense voluntas eliciat suum actū posset ta-
men passio tristicie vel delectationis tm̄ procede
re ꝙ ratio absorberetur ⁊ per consequens tunc vo
luntas non posset libere in actus suos rōnales re
quirentes deliberationem vel iudicium rationis
probauit per augu. de ciuitate dei in quodam lo-
co. ¶ Et subdit adam et hic habeo tantum virum
mecum ꝙ actus liberi presupponunt compositio
nem et diuisionem vel iudicium quod non recor-
dor me ab aliis audiuisse illud etiam quod ratio
potest absorberi patet in ebriis dormientibus fu-
riosis et pueris ⁊c. ¶ Et ideo oportet bona hora
refrenare passiones ne nimis procedant et absor
beant iudiciū rationis qꝛ si passiones sensuales
sinat mēs inualescere ꝑ negligentiā volūtatis sibi
imputat̄ ad pctm̄ isto mō forte loquit̄ apostolus
prime corinthi. 10. fidelis de⁹ q̄ non patiet̄ vos tē
tari ⁊c. etiā bñ credo ꝙ multi martires sine metu
mortis siue ꝑ vehemētiā pene ꝑdiderūt vsū ratio
nis. ¶ Ad primū dicit̄ ꝙ stante pleno iudicio rōnis — Ad .1. argumentum.
volūtas ita facilit̄ pōt vicere magnā passionē, si-
cut paruā. sec⁹ ē si rō absorbeat̄ qꝛ itellect⁹ ī hole
vtit̄ ministerio virtū sensitiuaꝝ q̄bus destructis vel
simpliciter īpeditis ī suis opatiōib⁹ itellect⁹ defi
cit ī iudicio ⁊ aliis opatiōib⁹ suis q̄n̄q̄ ad tēp⁹ ⁊
donec cessant īpedimēta q̄n̄q̄ irrecuperabilit̄ q̄ñ
ꝙ irrecuperabilis ē, impeditio ī virtb⁹ sensitiuis
q̄n̄q̄ etiā iudiciū rōnis deficit partialit̄ vel tota-
liter ex auersiōe q̄n̄q̄. s. ꝓpter maliciā volūtatis
tantū figit̄ itellect⁹ ī bono apparēte vel delecta-
bili qđ etiā nō hꝫ rectum iudiciū ꝙ hoc sit fugien-
dū ⁊ verū bonū ꝓsequēdū q̄n̄q̄ ex nimia pena tā-
tū figit̄ in obiecto delectabili ꝙ iudiciuz ꝑdit ra-
tionis q̄n̄q̄ ex distractione ad varia q̄b⁹ īpeditur
ratio ne certa verū aliqđ rectū habeat iudiciuz.
¶ Et istis tribus vltimis modis etiā absorbet̄ ra
tio in angelis ⁊ aiabus damnatis. ¶ Ad secundū — Ad .2. argumentum
dicendum ꝙ assuefactio ad malum impedit et dif
ficultat voluntatem ad bene volendum et facien
dum quia facit magnum malum apparere mi-
nus malum et etiam facit ꝙ male passiones gra
uius insurgunt etiam et habitus malus inclinat
ad similia. Unde augustinus ezech. capitulo. 51.
peccata ꝗuis magna et horrenda cum in consue
tudinem venerint aut parua aut nulla creduntur
vsq̄ adeo non solum vt occultanda verum etiam
predicanda et diffamāda videantur ¶ Item cesa
rius in sermone habet hoc infelix consuetudo vt
quanto amplius quilibet peccauerit tanto mi-
nus ipsa peccata intelligat et tanto plus eum de
lectat peccare. ¶ Item augustinus super psal. 69
omne peccatum consuetudine vilescit ⁊ nescit ho
mo quantum sit. Et gregorius in registro si pra-
ue rei anteꝙ̄ inualescat adit⁹ non claudit̄ fit latior
⁊ erit cōsuetudine licituz qđ constat esse ratione
prohibitū. ¶ Tamen cū his oīb⁹ stat ꝙ talit̄ assue
factiōes. si iudicet illud eē malū libere pōt velle
non prosequi ipsum et ideo si opat̄ ipsum libere

operatur non obstante consuetudine et eñ inquit aristoteles. 3. ethicoꝝ. capi. secundo pricipiū mouendi organicas partes in talibus operationib⁹ in ipso est quorum autē principium in ipo ⁊ pmo operari. ¶ Per hoc ad auctoritatē aristo. in contrarium dicendum ꝙ male habituat⁹ nō potest sine magna difficultate talem habitum delere et contrariū acquirere tñ actus volendi cōtrarium habito iudicio ꝙ ipsum sit malū semper est in plena ptāte volūtatis ⁊ hoc docet ipse eodē. 3. ca. dicens nō similiter opationes voluntarie sunt ⁊ habitus operū quidē eñ a principio vsq3 in finē dn̄i sumus scientes ⁊ ꝙ scđm singula principiū habituum adiectio ⁊c. ¶ Et p hoc etiā patet quomodo ɔsuetudo est talit̄ natura q2 q̄ fiunt ab habituato scđm talē habitum talia nō requirūt deliberationē sed quasi naturalit̄ fiunt alibi. ¶ Cū dicit aristo. ꝙ in subitis ⁊ non precogitatis magis experimur aliquē sic vel aliter habituari vt etiā dixi de ipsa voluntate ꝙ multa vult mere naturaliter añ deliberationē. Istis autem nō obstat quin voluntas possit velle cōtra inclinationem habit⁹ habita deliberatione seu post iudiciū rōnis. ¶ Dicitur primo ꝙ assuet⁹ ad malū nō potest facilit̄ surgere ad rectitudinē opis cōtrariū operi peruerse consuetudinis de hoc origi. super eplam ad ro. dicit non statim cū bonā volūtatē quis habuerit cōuerti ad bonū vsus boni operis subsequit̄ cita enim res ē voluntas ⁊ sine ipedimento conuertitur op⁹ vero tardum ē ꝙ ⁊ vsum ⁊ artē ⁊ laborem requirit operandi. Aliter pōt dici ꝙ loqtur de prauo assuefacto qui tepide habet affectionē benefaciendi sed non bene vult plene ⁊ ideo insurgente passione dimittit rationē propter delectationem hec est intentio augusti confes. 6. vbi tamē ca. quito dixisset ꝙ ex voluntate puersa facta ē libido ⁊ dū seruit libidini facta ē cōsuetudo dū consuetudini non resistitur facta est necessitas dicit ꝙ licet partem vellet difficile tamen fuit sibi conuerti ad deum ⁊ dimittere prauam cōsuetudinē ⁊ causā assignat dicens de seipo due volūtates mee. vna vet⁹ alia noua ista carnalis alia spiritualis confligebant inter se atq3 discordando dissipabant animā meam. Item ca. 8. etiā respondet sup idem ⁊ querit cuius modi monstrū est ꝙ cum statim cum imperat animus mouetur man⁹ ⁊ q̄n̄q3 iperat anim⁹ vt velit animus nec facit nunquid vnum hoc monstrum. ¶ Et respondet non ita plene imperat nam si plena voluntas esset nō imperaret vt esset quis res iam esset nō igitur monstruz partim velle partim nolle sed egritudo animi tamē q2 totus assurgit veritate subleuat⁹ ⁊ cōsuetudine pregrauat⁹ ⁊ ideo sunt due volūtates quarum vna non est tota earū ⁊ hoc adest alteri quod deest alteri hec ille. ¶ Contra augustinus dicit ꝙ cuz consuetudini nō resistit̄ facta ē necessitas quomodo hoc stat cū predictis. ¶ Ad illud simul et ad ysodorum qui dicit ꝙ consuetudo parit necessitatem. Respondeo sicut respondet ansel. de li. ar. ca pitu. 5. reddens rationem vsus loquendi quare dicitur inuitus et coactus mentiri qui ideo mentitur vt mortem effugiat est inquit et alia ratio quam frequēs habet vsus. cur inuitus ⁊ nolens ⁊ ex necessitate dicitur aliquid facere quod tamen volens facit· nā ꝙ non nisi difficile facere volemus et ideo non facimus dicimus hoc facere non posse. ⁊ necessitate nos siue inuitos desferere ⁊ ꝙ sua difficultate dicere nequimus et illud certe facimus hoc nos inuitos et nolentes ⁊ ex necessitate facere asserim⁹ hoc igitur modo quo quis mentitur ne moriatur mentitur inuitus et volens mentiri ex necessitate quia mendacium vitare non valet sine mortis difficultate hec ille. Et ideo cū assuefactio sit difficultas non dico ad bene volendū sed ad bene operandum et exequendum dicimus ꝙ assuefact⁹ ad malum necessitatem habet male agendi ita etiā loquitur ibidem ansel. capi. 6. di. frequenti vsu dicimus nos non posse aliquid nō quia nobis impossibile est sed quia illud sine difficultate nō possumus non autem difficultas perimit inquit volūtatis libertatem. ¶ Et per idem dicitur ad tertium ꝙ voluntas patit̄ difficultatem in resistendo tentationi non respectu actus volendi sed respectu passionis refrenande respectu rei delectabilis illicite ⁊ difficultatem patitur sustinēdo tristia non autem in volendo ea sustinere. ¶ Dices discipulus dicit non valemus nolle quod suggerit. ¶ Dicitur ꝙ hoc est in illis qui dolent ꝙ illicitum est sequi consuetudinem vel consimilem actuz eo ꝙ ipsi habent in se dissimilem voluntatem. ¶ Ad quartum dico ꝙ voco difficultatē vbi requiritur conatus laboriosus vel penalis ad producendum actum vel effectum et est tantum in animatis cuz conantur contra appetitus naturalis inclinationem vel animalis et ex hoc etiam homines merētur agentia autem mere naturaliter licet quandoq3 impediantur et violentētur non tamen dicūtur difficultari et ideo negatur maior et etiam negatur ꝙ voluntas difficultatur in actu volendi vel ꝙ impediatur quoad intentionem vel accelerationem actus volendi nisi forte per distractionem et per volitionem aliam impeditiuam sz hoc non arguit voluntatem difficultari. ¶ Ad quintū conceditur conclusio quando absorbetur ratio alias non. ¶ Ad sextum non probatur ꝙ vehementia tentationis poterit impedire ab aliquo gradu actus de hoc tamen dubium est. Et ideo quid de hoc sit iam dictum est ꝙ hoc non est eaz difficultari respectu talis actus causandi quia respectu proprii actus causandi non oportet immediate laboriose conari sed bene respectu passionis refrenande pro quo addo vnaz auctoritatem beati bernardi. de li. ar. capi. 10. ¶ Ubi dicit libertas a necessitate eque contingit deo et vniuerse creature rationali tam bone ꝙ male nec peccato vel miseria amittitur vel minuitur nec maior est in iusto ꝙ in peccatore nec plenior i angelo ꝙ in homine manet igitur libertas voluntatis tam plena in bonis ꝙ in malis sed in bonis ordinatior tam integra pro suo modo in creatura ꝙ in creatore sed in isto potentior et hoc intelligo stante vsu rationis hec ille. ¶ Difficultas igitur quam experimur in nobis non est ad volendum sed est secundum sensum appetitiuū sensitiuum secundum quem difficile est abstinere a delectabili vel sustinere triste vel est in appetitu rationali ad reprimendum vel refrenandum secundum regulam recte rationis mot⁹ appetitus sensitiui vel est in vtroq3 i sustinēdo tristia ⁊ abstinēdo a delectationib⁹ vel quarto ista difficultas est secundum hunc appetitum vel secundum illum ad vnum actum propter vnū aliū actum i eodem inclinantē in cōtrariā executionē

Ad. 3. dubium.

Ad. 4. dubium.

Bernard⁹.

ita ꝙ partim habeatur motus ad vnum ⁊ partim ad aliud. ¶ In omnibus enim his est quidam conatus laboriosus et perconsequens difficultas post deliberationem modis predictis. ¶ Sed contra non est in potestate nostra quibus visis tangamur secundum augustinuꝫ. ¶ Respondet cāpsale ꝙ hoc est intelligendum scḋm appetitū sensitiuuꝫ tamen credo ꝙ ad litteram vera sit de vtrisq̄ circūscriptis volitionibus habitis ⁊ deliberatione quia talibus circūscriptis volitio naturalis causatur ad p̄ntiam obiecti placibilis ita bene sicut appetitio sensualis nisi simul appareat i eodē aliqua conditio magis odibilis q̄ conditio bonitatis apparēter sit pacibilis sed postq̄ homo vti incipit libero arbitrio aduertēdo ⁊ inquirendo an dilectio sit licita ⁊ conueniens pōt p libito suo ꝑmanere in actu vel actū suspēdere cōformiter iudicio dictaminis vel difformiť sicut placet et hoc nisi aliqua volitio iuxta scḋam cōclusionē necessitaret ad eādem cōcupiscētiā vel abiciendā vel aliqs aliꝰ modꝰ ꝯconcessꝰ. ¶ Scḋo etiā dico ꝙ aliquis posset ita apte habituari habitibus ⁊ virtutibꝰ volitiuis vł itellectiuis vł habitu quodā electiuo seu elicitiuo subordiato gn̄ato ex frequētatis actibꝰ qbꝰ si ip̄i volūtas determiasset vt stati quocūqs occurrēte quocūqs iquirendū esset an sit volēdū aut nō. ⁊ qualiter sit volendum ita ꝙ vix occurreret volibile aliquod primo ipsi voluntati quin anteomnem actum volitiuum circa illud deliberaret vtrum sit volendum vel non. vel habitus volitiuus ⁊ electiuus ibi maneret inclinās ad suspendendum ⁊ ad non ponendum actum anteq̄ cōsulať intellectꝰ. Dices si volūtas nō patiť difficultatem respectu suoꝝ actuuꝫ tunc in quēqs actum virtuosū ⁊ predictatum poterit indifferenť sine difficultate ⁊ ꝑcōsequens virtutes morales supfluūt. Respondetur ꝙ adhuc virtutes valent

Nota ꝙ virtutes sunt vtiles. primo propter causā dictā qꝛ magnū signum habitus virtuosi est ꝙ in aduentu subito ⁊ iprouiso debite se habeat de quo etiā. 3. ethicoꝝ ca. 9. ⁊ etiaꝫ ca. 10. Secundo ꝙ alique virtutes morales subiectiue sunt in appetitu sensitiuo. Tertio qꝛ virtutes volitiue q̄ intrinsece ⁊ scḋm se sunt virtutes ⁊ alie. s. sensitiue scḋm extrinsecaꝫ denoiationem ab habitibus volitiuis ille minq̄ iuuāt ad reprimēdum passiones ⁊ motꝰ sensuales quod ē sepe volenti difficile facere vt in tertia via ꝯtactum est. Quarto ꝓpter scḋam difficultatē supertius attributā voluntati quanto enim ꝑfectius habituata fuerit ad volendū quod decet tanto minꝰ difficultať circa tales actus ꝑ volitiones in oppositū inclinatiuas. Quinto qꝛ ornant aiam dato ꝙ nihil agerent ergo faciūt ad perfectionē maiorem scḋꝫ intēsionē in actu ceteris paribꝰ.

13. dubium ¶ Decimū tertiū dubiū anselmi dicit de casu dya. ca. 15. angelꝰ non potuit habere p̄mū actū a se igiť nec volūtas igitur non ē libera causa sui actus. ¶ Ad illud rn̄det cāpsale ⁊ bene ꝙ anselmꝰ ibi modo ꝓhabito ymaginabať vnū impossibile ad iuestigationem veritatis. s. angelū componi ꝑ partes ⁊ habere primo affectionē cōmodi sicut brutū ⁊ ꝙ scḋm istam partem nō posset ferri nisi incōmodum sibi ⁊ tantum agitur nec quo ad hoc agit. Nota bn̄ ꝙ etiā quo ad hoc agit nō vtiqs est vilioris cōditiōis q̄ lapis quo ad appetitū suū naturalem. deinū ymaginabatur sibi dare aliam partē scḋm affectionē iusti i ⁊ pricipiū vitale quo posset iuste affici ⁊ quo posset moderare se ne excedat in affectione commodi vltra dictamē rōnis ⁊ ita angelꝰ nō pōt habere a se actū primū. i. affectionē cōmodi nō pōt habere in sua ptāte libera circūscripta alia parte ymaginata vel aliter nō pōt habere p̄mū actū a se. i. pricipiū vitale opatiuū qḋ ē actꝰ primꝰ sic etiam aia diciť actꝰ primꝰ. 2. de aia. ¶ Et licet ista ymaginatio sit falsa. s. ꝙ angelꝰ cōponať ex duabꝰ formis vitalibꝰ sicut qdā posuit vitā hois ꝯpositā ex duabus aiabꝰ quarū vna ē brutalis tm̄ nata affici affectiōe cōmodi ⁊ alia rationalis nata affici affectione iusticie attamē manuducit nos ad ymaginandū veritatē. s. ꝙ vnū simplex vitale pricipium habet vtrāqs virtutē. s. pricipiādi actꝰ suos scḋm affectionē cōmodi ⁊ scḋm affectionē iusti ymo mihi apparet ꝙ sēp agit scḋm affectionē cōmodi naturalem quando agit ꝓcise mediātibꝰ apprehēsionibꝰ simplicibꝰ licet mō supra exposito habitꝰ virtuosi possent tales hēri ⁊ ita prompti ⁊ efficacesq̄ occurrēte placibili vel tristabili qḋ vocat anselmꝰ cōmodū vel icōmodū suspēdat. i. nō eliciat actum suū sed ꝯsulat intellectū. ¶ Decimū quartū dubium volūtas nihil pōt velle nisi bonū vel apparēs bonū qꝛ opꝫ vt habeať. ¶ Cur velit scḋm ansel. et alios sꝫ nō ē i ptāte volūtatis ꝙ aliqd sit bonū vł apparēs bonū igiť. Respōdeť cōcedēdo maiorē ⁊ ad hoc sufficit apph̄ēsio boni veri vel apparētis quāuis nō iudiceť vel estimeť eē tale. ¶ Sꝫ ad minorē dr̄ negādo eā qꝛ in ptāte volūtatis ē auertere itellectū ab vna cōsideratiōe ad aliā. ¶ Aliť dr̄ ꝙ argumētū nō plꝰ ꝯcludit nisi ꝙ ē i ptāte volūtatis velle icognitū vel illud qḋ nō ē bonū vł apparens bonum ⁊ hoc cōcediť sꝫ ptās volūtatis libera attēdiť penes hoc ꝙ postq̄ aliqd apparet esse bonū adhuc volūtas pōt libere illud nō velle vel nolle si habeat aliquā causā veram vel apparētē

14. dubiū.

15. dubium ¶ Decimū quītū dubiū qꝛ aristo. 7. ethico. cap. 5. vult ꝙ hn̄s sillogismū circa agibilia cuꝰ maior in p̄ia figura sit vniuersalis. verbi gr̄a ꝙ oē dulce ē appetēdū vel gustādū ē minor singularisq̄ necesse est eligere ⁊ operari nō ꝓhibitū. ¶ Rn̄deť ꝙ aristo. loquiť qn̄ voluntas ē cōformis dictamini maioris omē tale esse agendum vel recusandum ¶ Et huic concordat cōmentator sup. 6o. ethico. cōmento. 11. vbi vult ꝙ sicut mens cōcludit aliqd non esse bonum sicut appetitꝰ fugit nō ens bonuꝫ hoc aūt dictumꝰ esse de viuentibꝰ videtur qn̄ iudicio et ratiōe ecce ꝙ loquiť vbi voluntas vel vita concordat cū ratiōe ⁊c. alias vero nō oportet nec sufficit dicere ꝙ volūtas nō impedita necessario exequetur ipsa autē potest seipsam impedire qꝛ contra hoc est articulꝰ dānans hoc ꝙ cessantibus impedimētis volūtas necessario mouetur ab appetibili. ¶ Contra ois malꝰ est ignorans. 3. ethi. ca. 3. igitur stāte pleno iudicio rationis qd sit agēdum voluntas non potest contraire tali iudicio. ¶ Respondetur ꝙ non ois malꝰ est ignorās. ¶ Ad aristotelē pōt dici primo ꝙ peccans ex malitia est ignorans. i. non sciens sic etiam agendū eo ꝙ iudicat non sic esse agendum taliter glosaꝰ componit illud ad ro. 7. ꝙ ego operor non intelligo semper esse operandū sed iudico ꝙ non ē faciendū. ¶ Aliter dr̄ ꝙ loquitur de malo distincto contra incōtinentē qꝛ in incōtinente viget ratio sed in malo iaꝫ habituato i malitia sopita est recta ratio ⁊ viget

Quō itelligiť ois malus ē ignorans.

erronea sine reluctatiōe appetitus et hec responsio est secundum mentē aristo. ¶ Aliter si quis velit illud intelligere de omni vicioso etiaȝ dicitur ignorans idest non ita perfecte iudicans sicut posset ceteris paribus si non esset sic malus eo ꝙ voluntas figit mentē citra conditionem illam ꝓpter quam se difformat et ita remittit iudicium vel cessat quasi semper vł cōmuniter. ¶ Quarto potest sic intelligi ꝙ omnis malus consentit apparētie false. ¶ Decimūsextū dubiū posito ꝙ volūtas

16. dubiuȝ vel intellect⁹ ñ cognoscat nisi vnum et conditiōes eius et quid faciendum sit citra ipsum et ꝙ omnibus pensatis iudicet ipsum esse eligendum ex debito tunc si non eligeret illud peccaret contēnendo vel omittendo sed omittere non potest vt videtur nisi actualiter contēnendo non autem potest illō contēnere nisi appareat esse malum igitur nō stabit vltimatum iudicium ꝙ ipsum sit bonum ⁊ eligendum quod est contra positum. Respondet ꝙ in tali vltimato iudicio scilicet ꝙ res sit bona et eligenda stare potest apprehensio alicuius conditionis displicibilis illius rei que non est iudicatiua nec assertiua: ⁊ ex hoc libere potest fieri voluntas contra iudicium rationis et est sententia aristot. septimo ethicorum capitulo quinto vbi tractat ꝺ sillogismo incontinente habēte duas maiores verbi gratia intellectus iudicat ꝙ nullum dulce sit gustādum et cum hoc apprehendit omne dulce esse gustandum et subsumit vnam minorem scilicet ꝙ hoc est dulce et ex hoc quo ad primam maiorem que est secundum iudicium intellectus infertur illa conclusio scilicet ꝙ hoc dulce non est gustandum voluntas autem libere potest dimittere iudicium intellectus et conformare se apprehensioni scilicet ꝙ omne dulce est gustandum et sic vna cū dicta minore infert illā cōclusionē ꝙ ē gustādū cui se conformat non obstāte iudicio rationis etiā dicta ratio assumit aliquid quod forte habet instantiam scilicet ꝙ omnis culpa omissionis requirit contēptū quod intelligatur tamē de cōtemptu interpretatio ¶ Sed dices possibile est ꝙ aliquis iudicet aliquid esse bonum et nullam penitus apprehendat conditionem displicibilem in eodem nec aliquid aliud apprehendat pro tunc tali igiť casu posito aut poterit ipsum nolle aut non velle aut non si nō habetur propositum contra libertatem voluntatis si sic et non potest respuē non apparens maluȝ vel displicibile et nihil tale per casū apprehenditur sibi conuenire igitur. Respōdeo ꝙ poterit adhuc nolle illud quia pōt se auertere ab illo quod tunc cognoscit non tamen stante tali cognitione et omni alia circunscripta omni apprehensione cuiuscūꝗ conditionis male vel displicibilis et cuiuscunꝗ alterius appetibiľ actum tunc in actu sufficienti primo ad alia apprehendenda etiam forte tunc res ñ bñ ⁊ perfecte cognoscitur nec vltimate practice seu moraliter q̄ prudentia que est recta ratio agibilium habȝ conferre ipsum eligibile ad suum oppositum ⁊ similia quod hic non fit. ¶ Sed tunc est dubium an stante illo casu voluntas possit non velle sic apprehē-

An volūtas cuicūꝗ dictamī intellect⁹ se possit ꝯformare. sum. ¶ Similiter aliud dubium an in eodem casu voluntas possit intellectum auertere ab apprehensio et consequenter nolle ipsum vel non velle et videtur ꝙ sic quia voluntas est libera igitur. ¶ Contra tunc talis auersio esset volita quare et cognita sub ratione boni quod est contra positū probatur dictet intellectus voluntati ꝙ nulla volitio adhuc sit eligenda circūscripto omni alio iudicio practico tunc propter libertatem suaȝ quā tu ponis potest voluntas illi dictamini se conformare quo posito quero an voluntas velit sicut dictatur an non si non igitur non conformat se illi dictamini si sic iterum non conformat se illi quia dictamen est ꝙ nulla volitio sit causanda probaľ iudicet intellectus ꝙ a actus voluntatis sit bonus et habendus pro ista hora et nullus ali⁹ tunc si voluntas non potest se conformare illi iudicio habetur contra dicta si potest igitur potest velle habere a sed velle habere a esset alius actus ab a igitur non conformaret se iudicio predicto.

¶ Confirmatur quia stante tali dictamini aduertat simul ꝙ a actus non potest esse volitus nisi ꝑ b. actum vel alium igitur stante tali iudicio. b. actus non est habendus et voluntas non potest se conformare iudicio non habendo. b. actuȝ igitur probaľ secundum ansel. de concordia voluntatis nūꝗ deserit rectitudinem nisi volendo aliquid qđ rectitudini non concordat sed si actus voluntatis possit suspendi secundum iudiciuȝ recte rationis in casu et pari ratione in aliquo casu contra iudicium rationis ibi peccaret omittendo et per consequens desereret rectitudinem quia sit sermo ꝺ culpa mortali ideo hoc erit volendo aliud et sic nō non oporteat igitur similiter in proposito. ¶ Ad primum respondetur ꝙ stante tali casu artato voluntas non potest se conformare dictamini rationis nec etiam potest auertere intellectum ab apphēso vt probat armētū. et tamē nō sequitur quin adhuc agat libere seu etiam meritorie quia si prius voluntarie voluit prosequi illud quod per iudicium rationis poterat iudicari esse bonum tūc totum sibi ascribetur ad meritum nouū propter nouitatem actus vel ad cōtinuationem seu ad ꝓsecutionē prioris sicut ē de illo qui continuat peregrinationem suam et tamen sepe non attendit quid faciat sicut nec in predicto casu voluntas attenderet quid faceret sed solum attenderet citra obiectum dictatum. ¶ Aliter respondetur ꝙ stante tali casu voluntas pōt se non conformare dictamini et simpliciter nihil velle et sic etiam faciliť soluitur secundum argu. scilicet concedendo ꝙ voluntas pōt suspendere omnem actum suum nihil volēdo pro aliqua mensura ꝙ contingit dupliciter vno modo ꝙ sicut preuie dictatur voluntati ꝙ pro aliqua mensura nihil velit seu nihil debeat velle sic etiam voluntas prime potest velle se ꝓ mensura sequenti nihil velle ⁊ sic per vsum positiuum sue libertatis suspendit actus suos et ꝑ cōsequens suspendendo actus adhuc habet actum suum sufficit autem pro suspensione ꝙ pro mensura intenta non habeat actum et ad hoc ante se disponat. ¶ Secundo contingit hoc simpliciter vł nihil volendo sicut in casu argumenti dictum est et ita suspendere actum libere est eam libere nihil velle vel ꝙ velit se suspendere actus suos.

¶ Ad secundum dicendum ꝙ in illo casu voluntas non potest se ad plenum conformare illi dictamini nisi suspendendo se ab omni actu. ¶ Sed contra in tali suspensione voluntas vteretur sua libertate quod non esset nisi mediante aliquo actu et per consequens tunc non suspenderetur ab om

ni actu. ¶ Ad illud dicunt aliqui ꝙ libere volun-
tatem suspendere se ab omni actu non est vsus e-
ius nec vti libertate sua sed est libera priuatio il
lius vsus. ¶ Alio modo potest dici ꝙ libera suspē
sio voluntatis ab omni actu est vti libertate ⁊ ita
vsus liber consistit non solum in positione actus
sed etiam in eius suspensione. ¶ Aliter forte pos-
set dici ad primum argumentum et similia ꝙ licz
libere possit voluntas omnem actum dictatum de
bere non haberi velle non habere tamen forte si
dictaretur nullum actum omnino debere haberi
dictamini tali non posset libere se conformare.
¶ Sed prior responsio mihi plus placet hanc tamē
haberent illi dicere qui ponerent peccatum omis
sionis nūq̄ posse esse sine peccato commissionis.
¶ Ad tertium iuxta vltimam responsionem prece
dentē esset dicēdū ꝙ non posset se dictamini cōfor
mare quia scdm veritatē illud dictamē essz qua
si dictare ꝙ deberē velle a vel habere a et tamen
ꝙ non deberē agere vel niti habere a vel velle ha
bere a quod esset obligare ad opposita vna tamē
fantasia esset euadendi ad hoc et credo ꝙ sit vera
scilicet ꝙ in tali casu voluntas simpliciter vellet
a absq̧ ꝙ vellet se velle a vel se velle conforma-
re illi dictamini Uerbi gratia si dicatur eūdem es
se ad ecclesiam voluntas potest se cōformare illi
dictamini solum per hoc ꝙ vult ire ad ecclesiam et
nō oportet ꝙ eliciat aliam volitionem qua se hoc
velit velle. Ad quartū dicendum ꝙ anselmus lo-
17. dubiū. quitur de desertione positiua q̄ est peccatum ꝯmis
sionis. ¶ Decimūseptimū dubium si voluntas eēt
libera tunc a causa cōtigentie equaliter prouenī
ret actio ꝙ est cōtra cōmentatorem secundo phisi
corum cōmento. 46. vbi vult ꝙ contingēs ad vtrū
liber nō inuenitur in celo actiuis sed bene mate-
rialibus. ¶ Confirmatur quia si est indifferens nō
causabit donec determinetur ista indifferentia ⁊
sic oportet ante omnem volitionem liberam pre-
cedere aliam hoc falsum est quia tunc necessita-
retur ad partem vnam per illam non liberam et
etiam tunc processus in infinitum Respōdetur ꝙ
aristotel' in illo casu dicit ꝙ casus non reperitur i
his que fiunt necessario vel in maiori parte. sed
in his que contingūt vt raro et non facit mentio-
nem de contingentia equali quia secundum, com
mentatorem a contingente equali nulla prouenit
actio secundum ꝙ est contingens equale quoniā
natura eius est natura materie non forme. ¶ Ex
quo videtur ꝙ nulla potētia actiua equaliter re
spicit effectus oppositos sed quelibet ex se neces-
sario determinatur ad vnum effectum. ¶ Ex quo
ꝯcludunt multi ꝙ nec voluntas nec alia causa p̄t
de nouo aliquid agere nisi sibi adueniat aliquod
determinatiuū ipsius ad agendū quia cōmētator
loquitur de omnipotentia, actiua vniuersaliter si
ue sit anima siue non anima vt patet in cōmento.
¶ Sed illud de voluntate inquantum est in proba
tione prime conclusionis dicendum est igitur ꝙ di
ctum commentatoris intelligendū est de causa a-
ctiua materie naturali et non libera. ¶ Et si com
fundūt terminos sequentes se et ideo vnus nūq̄
potest fieri similis alteri. ¶ Aduertendū tamē q̄
nominaliter expressa sumūtur quasi collectiue ꝛ
tunc nō cōfundūt terminū sequētē sicut nec ly oīs
q̄n sumūtur collectiue. ¶ Ad. 13. dicendum ē q̄ ac
cidit visioni q̄ eius obiectum per se moueat vel
quiescat et per ꝯn̄s q̄ ipsum sit motus vel quies
quāuis mediāte visione possit euidenter iudica-
ri vel argui q̄ res visa moueatur et ideo dicatur
motus esse de numero sensibiliū ideo hic dicendū
consequenter sicut supra ad tertium. ¶ Ad. 14. si-
cut ad probationē septimi. ¶ Ad. 15. concedendū
q̄ sicut accidit illi rei que est intellectio q̄ ipsa sit
accidens vel qualitas q2 nō est accidens vel qua-
litas nisi quādo accidit vel qualificat ita accidit
sibi q̄ ipa sit cognitio q̄a natura sua nata est eē in
tellectio nō sibi ipsi sed suo subiecto et sicut nō pōt
in esse illi subiectiue nisi ipsum qualificet ita nec
quin sit sibi cognitio. ¶ Ad. 16. dicendum ē q̄ ali-
qualitas aliqua fit vel fieri pōt scientia sine aliq̄
mutatione scientia vocando scientiā omnē notici
am verā iudicatiuam si enī stante noticia tali res
aliqua aliter se haberet et si post īcipiat se habe-
re sicut supponat talis noticia tunc habetur scia
sine mutatione scientia quia ab eo q̄ res est vl̄ nō
est oīo dī vera vel falsa. ¶ Similiter aliquis pōt

fieri de nouo bon⁹ sine mutatione alicu⁹ sibi ad-
diti i subiecto per nouitatē precepti vel huiusmo
di similiter de pulchritudine vel de sanitate et ita
de multis qui ponūtur in primo specie qualitatis
nā aliqua fiūt pulchritudo vel sanitas ad amotio
nē aliorum sine additione vel substractione abil-
lis que erūt pulchritudo et sanitas. ¶ Aliter di-
cunt aliū q isti termini visio noticia intellectio sci
entia dilectio et cōsimiles nō distingūtur ex eo q
aliquis de facto actiuetur per tales actus vel ha-
bituetur formaliter denosariue per habitus sed
distinguuntur aptitudie naturali actuādi vel habi
tuandi aliquem vel aliquos et sic si intellectio vl
visio fortis poneretur in lapide adhuc esset intel-
lectio vel visio licet actu nullus per eam intelli-
geret vel videret sed quia de natura sua est si essz
in subiecto apto nato formaliter quia per eam a-
liquid videretur vel intelligeret ꝛ eodē modo de
aliis similibus. ¶ Aliū dicūt q illa qualitas que ē
visio vl itellectio ꝛc. nec tñ debet concedi q simile
sit de accidente vel qualitate q̄ nō distigui ē ex hoc
q accidens actualiter accidat subiecto vl quali-
tas qualificet sed ex hoc q essentialiter natū sit ac
cidens accidere et qualitas qualificare nec etiā
concedēdū est q aliquis possit fieri de nouo bon⁹
sine sui mutatione quāuis forte malus possit fie-
ri nō malus sine sui mutatione. s. q per solam de-
rogationē et nō ad imputationē ad culpā. ¶ Itez
quicquid sit de pulchritudine nō videtur q sani-
tas de nouo possit fieri in subiecto sine sui muta
tione Item quod dicit q termini numerales cō fū
fundūt ꝛc. nō est ad propositium sed dicendū est q
conceptus numerales essentiales diuersarum spe
cierū sunt nec ē icōueniens q vna albedo secūdū
se vel i suas partes obiectiue agat ad causandū ta
les spēs infinitas vel vt melius dicā secūdū logi-
cā ifinite species tales q̄ accipiūt secūdū diuersā
aptitudinē partiū adiuicē. ¶ Diceres cōceptus q̄
est naturalis similitudo quaternarū etiam repñ-
tat ternariū igitur est eiusdē spēi cū cōceptu qui
est precise naturalis similitudo ternarū et ita ar-
guitur de quolibet numero maiori respectu di-
uersorum numerorum. ¶ Item tunc est dubium q̄
species numeri sit perfectior. ¶ Ad primum nega-
gatur cōsequentia eo q non vtrobiq repñtatio ē
omnino similis et adequata ꝛc ¶ Ad secundū di
co q loquendo de perfectione rei absolute prout
est talis essentia tunc species maioris numeri in-
cludit perfectionē nūerorū ꝛ adhuc pl⁹ igitur tūc
semp maior erit perfectior. ¶ Si autē loquimur
de perfectione numeri quo ad constitutionez sui
ex partibus tunc iste numerus dicitur perfectus
qui adequate constituitur ex partibus suis aliq̄-
rū ꝛc. vt dicūt geometre. ¶ Si autem loquimur d
perfectione secūdū consonātiam et armoniā re-
sultatē i aliquo toto nūero ex habitudine suaruz
partiū adinuicē vel alio conformiter sicut est i cō
sonātiis musicalibus cuiusmodi sūt dyapēte dya-
pason ꝛc tūc talis numerus est perfectior cui cor
rñdet armonia melior et cōueniētior vñ forte nūe
rus ternarius vt sic est perfectissimus et vniuersa
liter numerus ipar perfectior nūero pari. ¶ Ad
Ad primuz articulum. primum principale istius dubii cū inquiritur qd
vocetur memoria ꝛc dicendum ē q intellect⁹ ꝛc.
vt prius dictum est. Et cū probatur q habitus vel
spēs nō distinguitur ab habitu nec ecōtra per spe
ciem in sensu dicēdū q sensus dupliciter sumitur
vnomodo pro potentia seu natura vitali recepti
ua imediate sensationis et i illa nō recipit spēs a
liqua prima. primo actui posteriorem tamē bene
recipit qualitatē q̄ spēs vocatur frequēter ab au
ctoribus et secūdū veritatē est habit⁹. ¶ Aliomō
accipitur sensus pro composito ex tali potētia et
organo corporeo cuius est actus et forma et sic lo
quendo in sensu. i. i organo quod est altera pars sen-
sus sic accepti recipitur spēs que cū potētia ꝛ a-
ctiua sensationis requisita neccessario ad natura
lē cātionē sensationis exterioris licet ipsa nō suf-
ficiet cū sē su sine actione propria obiecti et hoc ē
quod adducitur in auctoritate allegata q eadez
est actio sensus et sensibilis qr illa sensatio ē actō
acta vtriusq et eodēmodo proportionaliter ē di
cendū de intellectione intuitiua et si quis vocet
illam sensationem vel intellectionē speciem ob-
iecti. i. similitudinem seu ymaginem eius ei⁹ cer
te concedendū est q a spē sic distingui nō potest a
ctualis sensatio sed sic loqui est extra propositum
loqui et eodēmō ē eadem actio sonantis et audi-
tus sicut ipsuz audire sicut ipsamet auctoritas ex
primit. ¶ Ad secūdū de mutua circulatione i cau-
satione alicuius passionis habitus ab actu ꝛ ecō
uerso dicitur q concesso tali processu mutuo pri-
mus actus reliquit vnā portionem que forte vo-
catur dispositio non differens ab habitu nisi sicut
imperfectum a perfectiori eiusdem speciei q̄ vo-
cetur. a. et illa dispositio iuuat intellectuz vt pos
sit in portionē promissam nouā actus multo mio- Ad secūdū
rē priori qr respectu priorū egit intellectio secū-
dū vltimū sue potentie cū actu intuitiuo eiusdem
obiecti et parū plus pōt nouiter intellectus cū il
la dispositione q̄ prius secūdū intensionē et voce
tur illa portio addita primo actui. b. tunc. b. ē mi
nor melior q̄ actus cui additur et g minorē portio
nē causabit de habitu q̄ erat portio. a. et ita con
tinue proceditur hinc inde ad minus et ad minus
donec vtrūq finaliter deficiat additio et sic sistet
i aliquo forsan citra sūmū ibi cābilem ex olbusil
lis portionibus per illū modū addit compositus
¶ Aliter respondetur q cum habetur actus p̄m⁹
sensationis et intellectionis intuitiue simul tem
pore virtute illi⁹ habetur duplex noticia abstra
ctiua eiusdem vna idiuidualis et alia specifica q̄
rū statim vtraq relīqt dispositionē vel habituz q
cū itellectu sufficiat post in absentia obiecti i ab
stractū actū qualem non poterat ante ītuitionez
tal obiecti et tunc est respondendū q i prīa gene
ratione spēi vel habitus est potentia ita attenta
circa p̄mū obiectum suū mediāte eius cognitiōe
ītuitia quod nihil aduertit de abstractiua sua co
gnitione et dicendū esset vltra q portio p̄mo cau
sata de spē seu habitu non statim coagit ad alium
actū sed ideo cābatur vt esset pricipium actus vl
terius i futuro et qñ postea cum tāto habitu seu
spē itellectus pricipiat nouum actuz tunc ille no
uus actus ē et relīqt additionem ad habitum ꝑo
rem tamē illa additio seu portio addita pro tunc
nihil agit ad aliū actū causandū ex eo q itellect⁹
iā ꝑus natura ad habitus est tantum illi obiecto
respectu cuius est ille actus tātus q̄ ꝑt ꝓ ista vice
nec ideo igenauit natura hītuū vel portionem hī
tus talem causari vt tunc feruiat ad actū aliquē
cum ꝑus est sed vt i futurum deseruiat. ¶ Con-

tra priorem responsionem ex quo sic remittendo ē statuo sic igitur primus actus q̄ precessit omnē habitū. a. et actus compositus ex illo et sequētibus sit. c. et compositū ex residuis partibus preter. a. et. d. et totus habitus sit. b. tunc queritur an totus habitus. s. b. sit cātus a toto actu. s. c. et pari rōne ex alia parte queritur de actu composito ex omnibus preter primū. s. ipso. d an cābatur ex habitu. b. vel nō si sic videtur eē circulus ī causis et per ɔ̄ns idem erit a seipso. ¶ Contra totus. b. ē cātus a quo igitur et similiter totus. d. a quo igitur ē causatus hic pōt responderi secūdum duplicem fantasiam vna q̄ tandē venietur vel ad actū ita remissum q̄ iste non sufficiet vlterius causare aliquam portionē habitus vel ecōuerso sed illud non videtur verū q̄z nō ē dare minimū actū ī spē aliqua mere naturaliter agentium maxime quādo tale ī existit toti suo. ¶ Alia fantasia est q̄ in dicto casu ē processus hinc inde sine fine ad semper minus et minus et tūc vltra dī q̄ totus. b. habitus nō ē cātus ab aliquo vno actu sed ab actibus et ecōuerso ē de actu cuius īfinite partes cāte sunt. a. ptibus. b. habitus totus autē. c. actus non ē cātus ab habitu vel habitibus eo q̄. a. actus precessit omnes per positum et sic etiam patet q̄ ibi non est circulus ī causando nec etiam idem causatur a seipso in tali processu causationis ¶ Si autē queratur vtrum totus habitus. b. sumpto ly totus cathe. causet ibi aliquē actuz et ɔ̄ vtrū totus actus. c. causet ibi aliquē actuz adequatum sibi. ¶ Respondetur q̄ licet vterq̄ totus causetur neuter tamen totus aliquid causat eo q̄ neuter totus habet aliquid posterius secuz vtrobiq̄ sit processus sine fine. ¶ Aliter respondetur ad istam difficultatem q̄ si potentia non fatigaretur sed posset ꝯ̄tinuare actus sequētes sicut primum cum equali vigore quātum est ex parte sui tunc in casu argumenti semper produceret actuz posteriorem perfectiorem priore et eodem modo habitum vel dispositionem nec eēt incōueniens q̄z valde cito ī tali processu haberetur habitus perfectissimus et actus similiter receptibilis in tali potentia saltem sic q̄ potentia vitaliter cāta actuaretur in tali receptione secus autē ē de receptione passiua tantū respectu cuius non oportet dare perfectissimum actū vel habitū vt patuit in questione prima. ¶ Et si dicis q̄ illud nō videmus fieri. ¶ Respondetur q̄ hoc ē propter potentie fatigationem et distractionem ¶ Item porro habitus vel dispositionis acquisite nō solum iuuat ad actū abstractiuū in absentia obiecti producēduz sed etiā ad actū intuitiuū ī presentia obiecti experimur enim q̄ qui sepius perlegit psalterium ex dispositione vel habitu quē habet longe facilius legit easdem litteras visas q̄ anteq̄ haberet talē dispositionē vel habitum. ¶ Tertium dubium

3. dubium. secūdi articuli ē vtrum tertia pars ymaginis procedat realiter a scda amor. s. a. noticia videtur q̄ nō quia tūc amor angeli peccātis quo affectauit equalitatez dei processisset ab aliqua noticia aut igr ab obscura dei noticia aut ab altera ¶ Si primū cū obscura noticia fuerit ī illo pena peccati sequeretur q̄ ipsum peccatum angeli processit a pena peccati et ita sequitur q̄ pena naturaliter saltez precessit culpā auctoritate aug. super gene. ii. ad litteram ca. 24. ¶ Si secundum igitur angelus simul fuit ī maximo peccato et clare vidit deuz igitur simul fuit miser et beatus q̄z hec ē vita eterna vt cognoscāt te ꝛc. Jo. 17. ¶ Item tunc primus amor in mente aliqua procederet a noticia et supposito q̄ iste amor sit respectu alicuius obiecti delectabilis cū tūc illa noticia sit verū q̄z est cognitio alicuius respectu placētis igitur ē verbū per diffinitionē verbi. ¶ Ex quo sequitur q̄ primus amor mētis ī illo casu procedit a verbo ɔ̄ns ē falsum quia tūc idē eēt cā et effectus respectu eiusdē q̄z oē verbum procedit ab amore secundum augustinuz. 9. de tri. ca. 24 et. 12. ¶ Probatur prima noticia procedit ab amore igitur primus amor nō procedit a noticia Assūptū probat q̄z prīa noticia sēsitiua sit a voluntate copulāte sensum cū sensibili secundū aug. ii. de tri. ca. 2. 4. 7. 9. 21. 29. et quasi p totū librū sed voluntas nō copulat nisi per amorē cū nō habeat aliū actuz quo sic copulet igr q̄lz cognitio sensitiua procedit ab amore. ¶ Probat appetitus sēsitiuus potest esse sine cognitiōe igitur intellectiuus Assūptuz probatur quia naturaliter quis haberet tamē et sitim etiaz si nūq̄ sentiret aliquid ab extrinseco Item talis dilectio vel eēt eadem cuz intellectione presupposita vel nō si sic cū ista intellectio pari ratione possit fieri odiū dei sicut dilectio sequitur ex positione q̄ dilectio possit eē odium si non ē intellectio igitur deus posset conseruare dilectionē istā destructa ista intellectione ꝛ pari ratione omī intellectione destructa et tunc volūtas posset diligere incognitum contra aug. et contra experientiam. ¶ Et confirmatur q̄z tūc volūtas vere potest imperare cogitationi de aliquo actualiter non cogitato aut igitur illud apprehenditur actu aut non. ¶ Si non tunc volūtas operatur volitione circa incognitum. si sic frustra operaretur et hoc etiā erat cōtra casum. ¶ Ad oppositum quinto de tri. ca. 67. et. 77. vtrobiq̄ enī dicit q̄ amor procedit de scientia et de ipsa mente ¶ Probatur noticia presupponit amori sicut probat aug. 8 de tri. ca. 16. et. 10. de tri. ca. 58. et quasi per totum librū. Et tertio de li. ar. dicit hoc ca. 4. q̄ nihil potest amari nisi cognitum quāuis aliquid possit cognosci et nō amari igitur cognitio est aliquo modo cā amoris et non materialis nec finalis igitur effectiua igitur amor procedit a noticia. ¶ Item de hoc vide aristotelem tertio de anima et cōmentatorē cōmēto. 50. ¶ Item. 12. metha. cōmēto 36. sicut appetitus in brutis animalibus ē propter sensum qui apprehēdit voluptuosum ita voluntas siue desideriū intellectus est per intellectum. ¶ Ad istud dubiuz respondetur affirmatiue loquēdo de amore qui est actus amandi vel appetēdi per viā nature causatus et ideo amor huiusmodi inter partes ymaginis proportionaliter. ꝯ in. ymagine increata secūdum augustinum vbi prius arguendo ad partē oppositam huius dubitationis. ¶ Si instes per augustinum 9. de tri. vbi quasi per totum dicit q̄ mēs humana ē ymago trinitatis increate ratione istius trinitatis scilicet mentis noticie et amoris ī qua trinitate noticia procedit de mente et amor de noticia et tamē ibi secūdū eū tam amor q̄ noticia sūt vna essentia mentis igitur amor ibi non distinguitur a noticia actualis qua procedit nec noticia actualis que ē ibi ples a mēte ipsa tāq̄ a parēte. ¶ Respondet vnus doctor q̄ amor et noticia tripliciter accipiūtur vno modo pro potentijs Alio modo pro habi-

tibus tertio modo pro actibus et secūdum hanc distinctionem dicendū esset ꝙ secūdum ymaginationem solū est illa trinitas nō secūdū rem cuius partes ymaginate sūt secūdū augustinū ipa subā mētis secundū veritatē rei extra nisi virtualiter solum qꝛ mens ipsa continet potentialiter illa. a. quorum vnū realiter procedit ab alio et tertium ab vtroqꝫ. ¶ Ad primum ar. in contrariū respondet sypħ. ꝙ ista noticia actualis que primo fuit clara dei noticia postea fuit obscura qn̄ de⁹ se sub straxit ab angelo cū peccauit et ideo amor suus q̄ fuit primum pctm̄ processit a pena peccati tamē nō vt pena sed vt actualis cognitio sufficiens ad productionē amoris et ita pena precessit causalitate primum peccatum nō tamē vt pena sed facta fuit pena propter peccatum et ita vt pena fuit posterior. ¶ Sed apud me est impossibile ꝙ eadem noticia prius fuit clara et post obscura p̄dictū modū Aliter dicitur ꝙ actiuum currit in fantasia falsa cū visio dei vel aliqua simplex apprehensio suffecisset pro noticia a qua procederet amor dyaboli culpabilis et sic nō erat qꝛ amor ille erat electiuus presupponens cognitionem compositiuam et diuisiuam et ideo processit talis amor parti a noticia sui partim a noticia componēte et diuidēte et ideo alia noticia erat ibi necessaria ad amorem illum ꝙ̄ sola dei noticia clara vel obscura.

¶ Ad secūdū bene respondet sypħ. concedo ꝙ p̄mus amor processit a verbo cōmuniter accidendo verbum pro quacūqꝫ cogitatione actuali sicut loquit̄ augu. Mo. ca. to. ¶ Augustinus autem accipit verbū proprie pro cogitatiōe actuali respectu placiti. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ ad primā sensationem nō semper oportet habere amorē aliū ꝙ̄ inclinationē naturalē potentie cognitiue i obiectū suum tamē aliū accidit ꝙ amor elicit⁹ circa obiectum aliquod tenet potētiā diu i actuali noticia talis obiecti et hoc qn̄qꝫ libere et electiue qn̄qꝫ mere naturaliter et aliū p̄uenit et ē cā vt pariatur noticia explicita et distincta obiecti alicuius certi.

¶ Ad quartum respondet sypħ. ꝙ appetitus sēsitiuus no pōt eē sine cognitione nec famea nec sitis licet nō requiratur aliqua sensatio alicui⁹ extrinseci sed sufficit actio intrinseca vnius partis i alia ex qua cātur cognitio sensitiua i virtutib⁹ apprehēsiuis ipsius animalis et ipse loquitur de appetitu naturali et non de actu elicito quo mouet̄ homo vel brutū ad prosecutionē cibi vel potus exterius p̄ntati. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ volitio non est eadem res cū cognitione sibi presupposita tempore vel natura et vltra conceditur ꝙ volitio posset a deo conseruari sine tali cognitione sibi p̄uia et tñ nō sequeretur ꝙ diligentur i cognitū qꝛ tunc illa qualitas que prius erat volitio cessaret tunc esse volitio ¶ Sed qꝛ hoc apud me nō ē verū ideo dico ꝙ talis volitio est met cognitio quedaꝫ vt prius patuit in tertia questione prime distin.

¶ Ad confirmationem dico ꝙ volūtas libere pōt imperare cogitationem actualē et distinctam de quo nō cogitatur actu demōstrato vt pote contingit qn̄qꝫ cū quis audiuit vnū bonū verbū nō recogitat quod fuit illud tunc precipit volūtas intellectui vt inquirendo recogitet et inueniat illud quod fuerit vel cū occurrit mihi vn⁹ homo et scio ꝙ vidi illū et nescio vbi et per imperium volūtatis discurrendo ymaginor loca in quibus fui ⁊ qd fecerim ⁊ similia secūdū artē pōt de memoria ⁊ reminiscentia tādem deuenio vbi vidi eum. ¶ Et cū ad illud cuius actualis cogitatio imperatur aut est actu apprehensum aut nō. ¶ Dicendū ꝙ sic in vniuersali et confuse sed non determinate et ita cognoscitur vno modo ⁊ precipitur cognosci alio modo. ¶ Utrum autem volūtas possit diligere incognitum est dubiū magnū et teneo ꝙ non tamen quia apud me omnis volitio est apprehensio quedam sicut patet di. p̄ia. et tertia tamē qꝛ secūdū augustinum inuisa diligere possumus incognita nequaꝙ̄. probatur nō plus pōt volūtas i incognitum ꝙ̄ intellectus assentire nō apprehenso qꝛ volitio non minus in suo fieri et eē dependet ab apprehensione ꝙ̄ assensus. ¶ Item ois volitio naturaliter cāta est effectus alicuius cognitiōis ⁊ nullus potius ꝙ̄ illius quod diligitur tali volitione ¶ Sed contra voluntas precipit intellectui consideret. a. aut igitur tunc. a. est actu consideratū et tunc superflue preciperet voluntas aut non ⁊ sic habetur propositum. Item voluntas pōt se cōformare intellectui et suspendere actus proprios et velle istos et etiam sensationes quas experitur etiam si actu eas nō intelligit. ¶ Item nō min⁹ requirit effectū suū pre cognosci ꝙ̄ obiectū eo ꝙ effectū suū libere producit a proposito sed primuꝫ non req̄rit secūdū omnes igitur nec secundū Item voluntas pōt intellectionem velle non habere aliquam cognitionem ita tamē ꝙ ipsa cōtinuet istā volitionem aut igitur intellectus obediat sibi et tunc stabit volitio sine intellectione aut non ⁊ tūc voluntas non esset potentia libera plusꝙ̄ ignis.

¶ Item si non hoc maxime videtur qꝛ cognitio intellectiua eiusdem obiecti naturaliter sibi p̄supposita volitionem causaret probatur fatis quia causa naturalis non potest causare in idem passum vniformiter dispositum contrarios effectus sed stante eadem intellectione potest voluntas velle vel nolle illud quod intelligitur igitur non est causa naturalis vtriusqꝫ. ¶ Item cognitio habitualis videtur sufficere quia habitibus vti possum⁹ cū volum⁹ secundū pħm igitur non videtur requiri cognitio actualis. ¶ Item dato ꝙ intellectio actualis requireretur ad causationem volitionis tamē videtur ꝙ voluntas ex sua libertate postꝙ̄ actus causatus possit istum continuare cessante intellectione quēcūqꝫ nā spēs sensibilis in organo sensus exterioris non minus dependet a sensibili ꝙ̄ volitio ab intellectione. ¶ Sed licet res extra requiratur ad causandū spēm istam et visionē cōsequētē tamē illa spēs postꝙ̄ est causata potest per aliquod tempus conseruari sine presentia sensibilis sicut patet per perspectiuos de claudente oculos postꝙ̄ vidit res lucidas et idē aug. dicit. ¶ Item non plus requirit actus voluntaris intellectionem ꝙ̄ libera executio exterior actum voluntatis ¶ Sed executio exterior nō semper requirit actum voluntatis vt patet de illo q̄ distincte legit horas vel vadit ad ecclesiam. ¶ Itē videtur ꝙ saltem respectu alicuius oppositi habere possit voluntas actum suum licet pro tunc illud oppositum non sit obiectum alicuius intellectionis nam qn̄ intellectio aliqua est i intellectu circūscripta omni alia intellectione posset volūtas velle istā intellectionem et tamen intellectio illo casu posito non est obiectum intellectus

actualiter igitur probo assūptū quia cogitatio ista potest eē cōueniens licet sit respectu alicuius odibilis et stante ista cognitione voluntas pōt delectari sicut patet per experientiam ista delectatio nō ē respectu obiecti cogniti qz illō ymaginatum non ē sibi delectabile per positū igitur ē respectu istius cognitionis et per ꝯñs voluntas pōt velle istā cognitionē licet illā nō intendat qz delectatio huius ē quoddā velle vel saltē velle aliqđ pōt eē respectu eiusdē oī alia cognitiōe circūscripta eodē modo pōt argui de delectatione sicut de actu voluntatis non intellecto. ¶ Ad primū istorum patet responsio ex dictis imediate ante istā dubitationem. ¶ Ad secūdū dicendum ꝙ oportet voluntatem apprehendere istum actum quem debet suspendere et hoc eo modo quo suspendit scilicet distincte vel in cōmuni. ¶ Ad tertium negat assūptum quia non vult quēlibet effectum que libere producit sicut vult quodlibet obiectū quod diligit tamē si effectū suum vellet tūc etiam illū proportionaliter cognosceret vt quando volūtas vult aliquid eē diligendū. ¶ Ad quartum dicēdū ꝙ si intellectus debeat obedire volūtati in illo casu oportet ꝙ ipsamet obediat sibi ipsi cessādo ab omni volitione et ab actus imperati cognitione si detur alia pars nō sequitur ꝙ ipsa nō sit libera. ¶ Ad quintū minor est falsa de causa partiali ad varios effectus determinabili libere ab alia causa. ¶ Ad sextum negatur assumptum. ¶ Ad probationem dicendum ē ꝙ habitibus vti non valemus nisi cum de eorum vsu confusione vel diuisione actualiter cogitamus. ¶ Ad septimum dicitur ꝙ licet talis species nō minus dependeat i suo fieri a sensibili ꝙ volitio a cognitione prima naturaliter tamen amplius dependet ab eo in essendo et permanendo in aliquo subiecto. ¶ Ad octauū negatur maior qz executio nō est libera nisi denominatione extrīseca nec volūtas cāt illā immediate ꝫ mediate ꝟtute motiua qz ad hoc ē articulꝰ parisi. scilicet ꝙ subā creata nihil operetur ad extra per solum velle hoc eñ soli deo cōuenit quia dicit et facta sunt propter quod cessante volitione potest executio exterior aliquādiu continuari. ꝛ quia solū est meritoria bonitate interioris volitionis iō illa cessante nō ē exterior meritoria sic ꝙ ad nouū meritum imputetur ꝛ ex hoc concedo ꝙ ābulans ad ecclesiā ꝫ si moreretur in instanti quo cessat habere actum interiorem tantum premium habet i celo ꝙ si vltra procederet sine actu meritorio interiori. ¶ Ad. 9. dicitur ꝙ assumitur falsū licet eñ qñqꝫ delectemur de aliqua cogitatione tñ hoc nō fit sine apprehensione illius cogitationis.

Multū dubium.

¶ Multum dubiū an partes ymaginis create sint equales ꝙ nō quia secūdū augustinū. 15. li. de triu. ca. 62. a singulis bina a binis singula maioribus minora dicūtur et per hoc patet ꝙ non sunt equales ¶ Sed respondetur ꝙ ipse probat hoc secundū suos actus i via et hoc est verū. ¶ Contra si sic intelligeret tunc acciperet falsum quia a singulis singula vincūtur quia nūꝙ vincitur a memoria ab itelligentia si itelligit actu memoria meminit suo modo actu. ¶ Item si sint equales tūc quid memoria memineret intellectus intelligeret sicut dicit augustinus. 10 de tri ca. 26. Et magister allegat libro primo di. tertia. falsitas ꝓbat quia aut hoc esset verum de intelligere actu primo aut de actu scđo nō de actu primo quia hoc nō est nisi meminē si de actu scđo falsum ē quia multa habeo in memoria q̄ non actualiter cogito. ¶ Itē memoria itelligētia volutas nō distinguūt realiter igitur. cōsequētia patet per hyl. 3. de tri. et per ma li. primo. di. 31. vbi dicit ꝙ equalitas et similitudo nō sūt nisi vbi est distinctio realis ¶ Item si sic tunc iste partes forment equales ratione suorū actuum i pria qñ essent sanate a langore sicut dicit augu. 15. de tri. ca. 26. ¶ Falsitas probatur quia voluntas habebit ibi adiuuās puta charitatē que nō excedit secundum apostolum igitur volūtas plꝰ amabit ꝙ intellectus intelliget ¶ Item in pria erit pfectꝰ amor sicut dicit aug. 9. de tri. ca. 9. de quo si igit cognitio equalis sit amori sequitur ibi ꝙ mēs ibi tm̄ cognoscet se quātū est sed deus ipsā nō cognoscit nisi quātum ipsa est igitur mens ibi tātū se cognoscit ꝙ deus eam cognouit qđ ē impossibile. ¶ Probatur tunc beatus i patria equaliter amaret deum ꝛ omnia alia posito ꝙ eque clare cognoscat deū et oīa alia quod est impossibile qz cognitis equaliter bonis iequalibus magis amat beatus magis bonū vt manifestū est. ¶ Item actꝰ malus hic i via nō est volitus a beato quia tunc ipse peccaret nec nolitus quia tunc non haberet qcqđ vult et tamē talem actum cognoscit igitur. ¶ Ad oppositum arguitur per augustinum. 10. de trini. ca. 26. Et magister allegat di. tertia. primi libri. Itē. 15. de trinitate ca. 68 dicit ꝙ hec erunt equalia quādo erunt ab omni langore sanata. ¶ Probatur. 9. de tri. i fine mens amor et noticia eiꝰ tria sunt quedā sunt et cū perfecta sunt et equalia sūt si enim mens minus se amat ꝙ est Verbi gratia si se tantū amet mens hominis ꝙ amandū est corpꝰ hominis cum plus sit ipsa ꝙ corpus peccat et non amat perfectum amorem sui. ¶ Et nota bene hāc auctoritatem aug. quia probat solutionem quādā prius positam quia tunc intellectus creatus cōprehendit aliquid cum cognoscit illud ita perfecte sicut ipsum est ens non autē sicut ipsum est cognoscibile sicut dicit augustinus ꝙ partes ymaginis cū sint perfecte nō minus mens nō amat se ꝙ est et nō dicit nō amat se ꝙ est amabilis nā est infinite amabilis infinite diuini amoris. ¶ Ad illud dubium respondet et bene in quibusdam sypē dicens ꝙ pars dupliciter sumitur pro parte secūdū sidē et pro parte secūdū ymaginationē hanc di. de parte ponit cōmētator primo phi. cōmēto. 11. ꝛ voco inquit partē secūdū sidē illud quod in re est ꝑs et partē secūdū ymaginationē voco totum consideratū per modū temporis. ¶ Et suppono ꝙ per ymaginationem creatā intelligamus mētē humanā et per partes potentias naturales eiusdem. s. memoriā intelligentiam et voluntatē quarū quelibet est tota subā anime que tamen significatur ꝑ quācūqꝫ istarū itēśionē per modū partis. ¶ Istas autē eē equales pōt intelligi multipliciter vno modo ratione obiecti. s. ꝙ qcqđ pōt eē obiectum vnius pōt eē cuiuslibet obiectū et quicqđ est obiectum vnius ē obiectū alterius eodem modo habitu. s. vel actu et sic conceditur ꝙ sint equales sēper tam i via ꝙ i pria et hoc vult aug. 9. de tri. c. 9. Alio modo intelligitur hoc ratione suorum actuū sic. s. ꝙ nulla earū sit magis impedita i suo actu ꝙ alia a suo sed ꝙ quelibet habeat dispositionem naturalem cōpletā i nullo impeditam a suo

proprio actu et isto modo non oportet ꝙ sint actu equales in via sed sic ī patria equātur ⁊ hoc vult augu. 15. de tri. ca. 68. vbi vult ꝙ memoria itelligentia ⁊ volūtas in via aliqñ sunt inequales quia videmus in aliquo maiorē memoriam ꝙ intelligentiam et in alio ecōuerso et in aliquo duo hoc amore magis superari sed in patria erūt equales quādo erunt ab omni lāgore sanate. ¶ Tertio modo pōt intelligi equalitas sic ꝙ respectu eiusdem obiecti habeāt act⁹ eque intensos. ¶ Et de isto sēsu est speciale dubiū videtur eñ ꝙ sic qr dicit ma. libro ⁊ di. 33. ca. 4. tātū vt tradit auctoritas q̄sq̄s ibi cognoscit quātū diligit. ¶ Sed respōdet iquit iste doctor ꝙ nō ymo ꝙ hoc est impossibile qr charitas habitualis ītēdit actū dilectiōis sꝫ remota charitate habituali adhuc esset amor ad min⁹ ita itēsus sicut cognitio qr volūtas ad min⁹ ita intense diligere pōt obiectum suum delectabile sicut itellectus ipm intelligit etiā quācunq adiuuet̄ p lumen glorie igitur addita charitate voluntas intensius amat. ¶ Secundo arguit sic iste doctor aliqua claritate cognitionis cognoscit̄ de⁹ sic illa. a. ⁊ petrus etiā cognoscit̄ aliqua claritate cognitionis sit illa b. tunc. a ad. b. est certa proportio sicꝙ dupla cum duplata bonitate petri erit b. duplatū et per cōsequēs amor respectu petri duplatus igitur respectu ipsius erit tantus amor intēsiue sicut respectu dei ꝯñs non est dādū de beatis igit̄ amor est intensior ꝙ cognitio respectu dei. ¶ Sed dicta ymaginatio non procedit quia licet ita intense sicut intellectus pōt cognoscere vel videre obiectū delectabile visione naturaliter cāta vel causabili a tali obiecto et potentia cognitiua possit etiaꝫ voluntas illud diligere tam intense si nihil obstet tñ si de⁹ duplet hmōi cognitionē vltra intēsionez illam quam posset natura talis potentie cognitiue virtute sui ⁊ obiecti dico ꝙ voluntas eadē manēs non sufficeret sine alio ꝑmotiuo duplare amorem priorē nec sufficit duplatio cognitiōis qr cognitio non ē totalis cā sed partialis solum amoꝝ causa aūt quare potuerunt in primis naturaliter causabilibus equari est quia ita fecunda est ⁊ potens talis natura respectu amoris a se causādi sicut respectu cognitiōis a se causāde respectu eiusdē obiecti quādiu promotiua fuerut inde paria. ¶ Ex hoc patet ad scdm dato eniꝫ ꝙ dupletur visio petri et etiam eius bonitas dummodo non dupletur actiuitas voluntatis non sequitur ꝙ duplabitur dilectio erga petrum. ¶ Si tamen duplatur actus non ex natura potentie et obiecti sed a causa voluntaria vel tali modo receditur a proportionis equalitatis huiusmodi nisi adimet. ¶ Aliter etiā dici potest ꝙ non oportet duplata bonitate petri vel cuiuscunq obiecti cogniti duplari cognitionē quando non duplatur principalior causa cognitionis. s. intellectus qualiter autem sit verum videlicet amor et visio beati sint equaliter intensi quodlibet in sua specie nescio quia ista est questio facti et non est nobis scibile in via peregrinantibus nisi fuerit a deo alicui reuelatum. ¶ Ad primum argumentum istius dubij augustin⁹ loquit̄ de equalitate secundo modo dicta non autem in positione et isto modo verum est ꝙ non sunt tres partes iste ymaginis equales in viatoribus communiter qr vt sepius vna pars sic loquendo est in viatore pl⁹ impedita ꝙ alia. ¶ Ad secundum respondet syps.

ꝙ intelligere est duobus modis. vno modo ī actu et in habitu. ¶ Secundo modo ibi loquitur augustinus et cum accipitur ꝙ sic intelligere non ē nisi meminere. Respondetur tamen ꝙ hoc est secundū aliaꝫ et aliam rationem dicit̄ el meminere prout est cognitionis conseruatiua et dicitur intelligere prout est habitus cognitiuus absolute. Aliter potest dici ꝙ iste auctoritates et consimiles intelligende sunt sic ꝙ quicquid memoria memineret intellectus potest intelligere et econuerso et ita de nolle et velle. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ bene ꝓbat ꝙ non proprie dicuntur equales quia non realiter distinguntur et hoc totum conceditur. ¶ Ad quartum respondet syps. ꝙ amor est intensior ī prima propter causam prius dictam sed patuit ꝙ illud medium non necessitat illud ponere sed argumentum tangit vnum dubium facti vnde posset esse sic et aliter et ideo qualiter sit de facto nobis est incertum. ¶ Ad quintum conceditur conclusio ꝙ mens cognoscit se tantum quantum deus eam cognoscit referendo q̄titatē ad obiectum cognitum non autem ad intensionem cognitionis sicut conceditur ꝙ mens amat seipsam quantum deus amat ipsam ⁊ hoc appreciatiue quia neuter amat ipsam nisi q̄tum valet licet deus diligat ipsam in infinitum plusꝙ ipsa seipsam secundum intensionem et magnitudinem perfectionis illius dilectionis. ¶ Ad sextum dicitur ꝙ mentem cognoscere eque clare deum et alia potest dupliciter intelligi vno modo ꝙ eque proportionatiue et eque cōprehensiue et dixi alias ꝙ isto modo in infinitum minus perfecte et minus clare cognoscit deum ꝙ seipsam et aliam creaturam visam a se et hoc q̄uis visione multo intensiore videatur deus ꝙ aliquid aliud. ¶ Alio modo potest intelligi ꝙ eque clare cognoscat deū et aliud vel alia qr cognitiōe eque intēsa ī spē sua cognoscit deū sicut fac. ⁊ creaturā ibi visā vel ꝙ intēse cognoscit creaturā ī specie visionis cōgrua creature. ¶ Et tunc dico ꝙ nihil aliud a deo potest in genere ꝓprio ita clare. ⁊ ita intēse ī specie visionis sibi congrue videri siue cognosci a creatura rationali sicut cognoscit̄ de⁹ ab ea que cognitio qua videt deū replet suam capacitatem in illa specie visionis qua videt deum sed nihil aliud ita intense videtur igit̄ a creatura rationali p cognitionem in genere ꝓprio quā causat potētia simul cū obiecto naturaliter talis est multū deficit scdm itēsionē a tāta quāta est illa q̄ habet̄ respectu dei. ¶ Diceres nihil aliud posset mētē replere sui cognitiōe naturalit̄ ab illo ⁊ mēte cui obiicit̄ cābili tñ de⁹ poterit illi⁹ spēi cognitiōe ipam replere quo posito stat argumentuꝫ vel ꝙ partes ymaginis nō erunt respectu illius creature equales vel ꝙ mēs in isto casu tantum diliget creaturā sicut deum. ¶ Respondetur ꝙ hoc nō est incōueniens prout ly tantuꝫ notat equalitatē intēsionis cū quo stat ꝙ in infinitum plus diligit deum appreciatiue. ¶ Ad vltimum pōt concedi ꝙ beatus nollit peccatū esse vel actum malum precipue in aliquo sibi deuoto. ¶ Legitur eñ ꝙ sanctus Jo. euāge dixit q̄busdā iuuenib⁹ vidi angelos vestros flentes igi̊ illis angelis displicuit ruina illoꝝ iuuenū nec tales displicētie q̄ ꝓcedūt ex charitate ad ꝓximos viatores repugnāt eoꝝ statui btifico nec etiā oīa fiēt q̄ optāt fieri circa alios. Sꝫ sufficit ad btitudinē ꝙ q̄cq̄d optāt sibi ipsi

ꝙ hoc habeant vel ꝙ hoc eis fiat nec estimo ꝙ te-
nentur in omni volito conformari deo sepe nanqꝫ
orant ꝓ salute sibi deuotoꝝ optant eis salutē qui
tamen finaliter dānabuntur qꝛ non semꝑ eis reue
latur qd finaliter de talibus erit ꝓ quibus orant
¶ Ad primū principale dꝛ ꝙ ymago dei sumit̄ vno
modo ꝓ substantia mentis creature rationalis q̄
semper dū est memoria intelligētia ⁊ voluntas et
istud bonum non perdidit quo ad substantiam ho
mo per pctm̄ licet perdiderit efficatiam bene ope
randi in īpedimentis q̄ incurrit et hec fuit sua in
naturalibus vulneratio. ¶ Alio mō sumitur pro
ista substantia cum actibus cognitiōis et delectio
nis dei et actus illos perdidit in quibus forte cre
atus fuit vel etiam quales poterat in statu inocē-
tie et semper si non delinquere potuisset nunc au
tem pro statu nature lapse in tales non potest et
maxime cum seruit peccatis et distrahitur ad ter
ram. ¶ Ad secundum patet per idem. ¶ Ad tertiū
conceditur ꝙ tam mens est ymago dei q̄ homo se-
cundum mentem magis tamen mens eo ꝙ homo
non est ymago dei nisi secundum mentē ⁊ propter
vnumquodqꝫ tale ⁊c. nec obstat ꝙ homo ē ens no
bilius eo ꝙ non est ymago secūdū illud quod ad-
ditur menti sicut etiam secundum illud nec amat
nec intelligit sed secundum mentem. ¶ Aliter re-
spondet sypē. ꝙ homo est ens nobilius extensiue
sed mens intensiue et secundo modo loquit̄ ansel
mus. ¶ Ad quartum dicendum est ꝙ ratione sub-
stantie sue quia ipsa substantia mentis est ymago
dei actus autem non sunt ymago dei sed tantuꝫ ip
sa mens in comparatione ad actus quos potest ⁊
ideo cum actualiter habet actus huius expressi⁹
est ymago dei quia tunc magis ducit in noticiam
trinitatis quoad personalem distinctionem pri-
us tamen ex fide vel reuelatione cognitam quia
vt supra tactum est non de ratione ymaginis vel
vestigij ducere in primam noticiam illius cuius
est ymago vel vestigiuꝫ ¶ Ad improbationes ibi
factas dicitur secundum magistrum ꝙ ibi non est
tanta similitudo quin ibi sit maior dissimilitudo.
¶ Ad aliam probationem ibidem conceditur ꝙ so
lum innitendo argumentationi a simili quo ad
aliquid cognitio eius nata est abducere ⁊ quo ad
aliud nata est iuuare tamen quia fides firmius fa
cit adherere q̄ argumentum a simili abducat igi
tur excludit abductionem et per hoc iuuatur co-
gnitio mentis. ¶ Ad vltimum responsum est supra
soluendo omnes rationes primi dubij.



Circa distinctionē sextā vbi inquiritur an ex
hoc ꝙ voluntas dei est natu
ra siue essētia dei sequatur
ꝙ si verbum dei natura dei
filius sit. ¶ Quero primo
vtruꝫ a parte rei in diuinis
sit aliqua non ydemptitas
inter naturam dei et volun
tatem diuinam et ita de ceteris perfectionibus q̄
ponuntur in deo vel deus nec moueat ꝙ plurali-
ter loquor anteq̄ habeatur ꝙ ibi sit pluralitas si-
ue enim hac improprietate loquendi non potest
homo i hac materia leuiter exprimere illud quod
vellet. ¶ Et videtur ꝙ sic quia magister tenet i lit
tera capitulo primo huius distinctionis et probat
per augustinū. 15. de trinitate capitulo. 2. verbum
dei esse filium dei natura non volūtate sed hoc sta
re non potest nisi a parte rei preter operationem
intellectus aliquis esset modus non ydemptita-
tis voluntatis ad naturam qualis non est nature
ad naturam igitur. ¶ Item filius in diuinis proce
dit modo nature et intellectus non modo volun-
tatis quia procedit quomodo natus non quomo
do datus secundum augustinum. 5. de tri. ca. 32. de
paruis et ponitur di. 13. primi capitulo scdo. ¶ Sꝫ
sꝫ. ꝓcedit modo voluntatis non modo nature igit̄
a parte rei est aliquis mod⁹ non ydemptitatis in-
ter naturam et voluntatem in diuinis quia distin
ctio rationis nihil facit ad processionem illā rea-
lem personalem in diuinis. ¶ Tertio si inter naturā
et voluntatem in diuinis sit sola distinctio causata
ab intellectu aut igitur creato aut increato si cre
ato et ita distinctio presupponitur vel coexigitur
ꝓcessioni personarum in diuinis vt probat argu-
mentum procedēs igitur intellectus creat⁹ ꝑsup
ponitur vel coexigitur emanationi ꝑsonarū in di-
uinis quod est erroneū si ab intellectu creato cau
saret̄ illa distinctio aut igitur ipse causat eam vt
distinct⁹ ab essentia secundum rationem aut vt in
distinctus ab essentia secundum rationem si scdm̄
igitur eque essētia causabit illam distinctionem ⁊
tunc erat distinctio correspōdens ex natura rei qꝛ
ex natura essentie quod est intentuꝫ et preter hoc
qua ratione intellectus esset indistinctus re et ra
tione ab essentia siue a natura eadem ratione; vo-
luntas esset indistincta re et ratione ab essentia si
ue a natura. ¶ Sed hui⁹ oppositū videtur deduce
re precedens argumentum si intellectus diuinus
causet istam distinctionem de illo enim querent̄
sicut de primo et erit processus in infinitum. ¶ Ad
oppositum arguo quia dicitur in littera di. 6. primi
ca 2 voluntas dei est natura seu essentia dei quia
nō est aliud deo esse et aliud velle ⁊ ideo sicut vna
est essentia trium personarum ita et vna volūtas
si igit̄ deus natura est et voluntate deus et si ver-
bum dei natura filius dei est ⁊ voluntate fili⁹ dei
est. ¶ Item i summe simplici non est distinctio vel
nō ydēptitas essētialis vel essentialiū sꝫ scdm̄ au-
gustinū sicut allegat magister di. 8. de⁹ vere ⁊ sū-
me simplex ē ⁊ si multiplr̄ dicat̄ in deo hoc ē eē ꝙ
sapiētem vel iustū eē ⁊ si qd de illa simplici multi
plicitate vbi dixeris quo substātia ei⁹ significetur
in hac q̄stione primo ponā. 3. q̄stiones. Et probabo
eas nō īquirendo hic de attributis vel de signis
hmōi sꝫ de illis q̄ sūt in deo vel sūt de⁹. Scdo īpu-
gnabo eas ꝑ media alit̄ opināntium ⁊ soluam illa.
¶ Prima cōclusio intellect⁹ dei ⁊ sapiētia ⁊ voli-
tio que de⁹ ē nō sūt res distincte īter se vel a natu- 1. cõclusio.
ra dei ꝓbat̄ qꝛ scdm̄ doctrinā sanctoꝝ ⁊ scdm̄ regu
lā anselmi i diuinis omia sūt vnum vbi nō obuiat
relatiōis oppositio. ¶ Scda cōclusio ꝙ sapiētia di
uina ⁊ volitio dia ⁊ deitas nō sūt i deo īter se disti-
cte formalitates eiusdē rei absolute s ꝙ sint eadē 2. cõclusio.
res sꝫ tn̄ distincte formalitates vel ꝑfectiōes vl' for
males rōnes distincte vel modi reales eiusdē rei
inter se ⁊ a parte rei distincti vel distincte q̄dditates
vel cognoscibiles vel qualitercūqꝫ placuerit voca-
re. ¶ Hoc ꝓbo qꝛ hoc dato sequeretur processus i
infinitū in distinctis formalitatibus in qualibet
earum contentis vel dabit̄ ꝙ sunt inter se distincte
res quod īprobat cōclusio ꝑma. ꝓbatio ꝯñe quia

vocent.a.z.b.illi duo modi vel ille due formali-
tates q̄ differũt a pte rei formalit̃ z tñ sunt eadez
res quero igit̃ de re seu de realitate essentie z for
malitate eiusdẽ aut sunt idẽ oĩbus modis a par-
te rei vel non z eodẽ mõ ex alia parte de realitate
sapiẽtie z formalitate eius si sic igit̃ sicut res vel
realitas essentie est res siue realitas sapiẽtie ita
a.erit.b.ita ꝙ erũt eedẽ formalitates sicut sũt ea
dem realitas vel si non cũ tñ vt dicit ista respõsio
essentia.i.res essẽtie et formalitas ei⁹ sint oĩbus
modis idẽ igit̃ sicut formalitas.b.siue sapiẽtie nõ
est a siue formalitas essentie ita nec erit res essen
tie qd̃ tñ ẽ falsũ ex cõclusiõe prima si realitas essẽ-
tie z formalitas eius vel modus vel quãtitiua ra
tio vel quicq̃d vocauerit illud nõ sunt idem omni
bus modis a parte rei igit̃ vt prius sequendo fã-
tasiam de plurib⁹ formalitatib⁹ eiusdem rei alis
erit formalitas realitatis essentie ab ipsa forma-
litate essentie z de formalitate formalitatis essen
tie quero vt prius aut ẽ eadem modis omnib⁹ a
parte rei illi date et si sic sicut prius si non ꝓcessus
in infinitum s:quit̃ igitur ꝙ nõ plus est conceden-
dum de sapiẽtia z essẽtia diuina ꝙ sint plures for
malitates vel modi reales vel rõnales quantita-
tiue vel etiam entia absoluta inter se distincta a
parte rei modo p̃ex posito q̃ ꝙ sint plures res vel
plures realitates vel plura entia absoluta sic di
stincta. ¶ Dices forsitan ꝙ distinguuntur formali-
ter vel non sũt idẽ formaliter non tñ sunt distincte
formalitates. ¶ Sed hoc nõ valet ꝓ istis qi nesci-
3. cõclusio. unt videre ꝙ possunt aliqua distĩgui formalit̃ vel
esse z non esse idem formaliter quin sint distincte
formalitates. ¶ Tertia cõclusio ꝙ sapientia diui-
na omib⁹ modis a parte rei est essentia diuina vl̃
eadẽ essentie q̄bus essentia diuina est eadẽ essen-
tie diuine et sic de qualibet alia ꝑfectione absolu
ta nec est inter eas aliqua distinctio penit⁹ ex natu
ra rei vel nõ ydemptitas. ¶ Et istõ mouet me mul
tum qi sancti hoc clamãt sicut hoc patet vbiq̃ l li.
sentẽtiarũ vbi de hac materia fit mẽtio z hoc põi
contestantur qi vt dicit cõmentator.12. metha. cõ-
mento 29. multiplicitas in deo nõ ẽ nec differẽtia
nisi in itellectu nõ in esse inquit magna inquit dif
ferentia ẽ inter ea q̄ differũt in esse z intellectu et
que differunt intellectu tantũ. ¶ Itẽ tanta ydem-
ptitas z simplicitas z vnitas ponenda est essentie
diuine ad quodlibet qd̃ in diuinis ponit̃ a parte
rei quãta potest stare absq̃ repugnãtia manifesta
quia hoc videtur seruare sũmam simplicitatẽ dei
et vnitatem cuz vnitate cuiuslibet infinite ꝑfectio
nis simpliciter absq̃ omni imperfectione. ¶ Sed
nulla potest ostendi cõtradictio sequi ex hoc ꝙ sa-
pientia diuina sit omnibus modis a parte rei essẽ
tia diuina siue eadem quibus essentia diuina ẽ ea
dem, sibi igitur minor patebit soluendo argumen
ta in contrarium. ¶ Tertio diuina essentia nihil ẽ
quin diuina sapientia sit illud nec ecõtra igit̃ diui
na sapientia z diuina essencia sunt p omnia adin-
uicem idẽ sicut essentia essentie vel sapientia sibi
ipsi. ¶ Quarto oĩa entia vel reb⁹ ꝓ quib⁹ nulla
cõtradictoria pñt verificari simul sũt inuicẽ sũme
idẽ sz sic ẽ de deitate z diuina sapiẽtia igr̃. ¶ Dice
res si maior sit vera igr̃ ex opposito si aliq̄ nõ sũt lui
cem sũme idẽ de illis potuerit vẽificari ꝯdictoria
sz deitas z diuina essẽtia nõ sunt iuicẽ sũme idẽ qr
nõ cõuertit̃ idẽ cũ deitas sit aliq̃d puta filius z tñ
pñitas nõ ẽ idẽ igr̃ de pñitate z deitate vel ꝓ il-
lis pñt simul vẽificari aliq̄ ꝯdictoria z si hoc igr̃ ꝑ
eadẽ re qr deitas z pñitas sũt idẽ. ¶ Negat vlti-
ma ꝯña qr nõ plus valet q̃ ista ꝓ essentia z pñita
te verificant̃ ꝯdictoria z deitas z pñitas sũt alte
rũ istoꝝ igit̃ ꝯdictoria vẽificant̃ de altero istoꝝ non
enĩ sunt aliud idẽ nisi vel eadẽ deitas vel eadem
paternitas vel eadẽ spiratio actiua z cõstat ꝙ nec
de eadem deitate vẽificant̃ ꝯdictoria nec zc. ¶ Et
nota ꝙ istis termĩs pr̃ z essẽtia vẽificãtur ꝯdicto-
ria nõ ꝓpter hoc ꝙ pater imediate distinguat̃ for
maliter vel alio mõ ab essẽtia vel ecõtra sz ꝓpter
hoc ꝙ essẽtia est tres res distĩcte z ex hoc etiã es-
sentia ẽ aliqua res.s.fili⁹ q̄ res nõ ẽ pr̃ et scõz hoc
aliq̄ dicit̃ ꝙ essẽtia nõ distĩguit̃ a pr̃e imediate.s.
mediãte ita.s. ꝙ essẽtia ẽ fili⁹ q̄ distinguit̃ a patre
¶ Sz argumentũ forte alit̃ ymaginat̃ ac si esset ali
quid idẽ in re cui tã deitas q̃ relatio ꝑsonalis vl̃
ꝑsonalis ꝓprietas ydẽptificaret̃ tanq̃ i aliq̄ eodẽ
ydẽptitate ab eisdẽ sz nõ ẽ ita ꝙ sit aliq̃d idem nisi
eadẽ deitas ꝓ qua nõ vẽificant̃ aliqua ꝯdictoria
vel eadẽ ꝑsona vel ꝓ quo etiã nulla vẽificant̃ ꝯdi-
ctoria z ita currẽdo ꝑ oĩa q̄ darent̃ de ydẽptitate
vere essentie ad pñitatẽ z ecõtra qualis autẽ sit
z quãta tractabit̃ postea loco suo ẽ igr̃ i argumẽ
to figura dictiõis equalẽs huic ꝯdictoria vẽifican
tur de istis igit̃ de hoc istoꝝ vel de hoc istoꝝ a plu
rib⁹ determinat̃ ad vnũ aliqd̃ eorũdẽ nõ ei sequit̃
vna pars verificat̃ ꝑ hoc istoꝝ z alia ꝓ alio igr̃ am
bo vẽificant̃ ꝓ hoc vel ambo ꝓ illo. ¶ Multo sic ꝑ
se indiuiduus illi⁹ abstracti ꝑ qd̃ abstractũ z etiaz
ꝑ concretũ eiusdẽ bñ rñdetur ad q̄stionẽ per quid
est de deitate nullo mõ distinguunt̃ a parte rei a dei
tate qr nõ posset certi⁹ vel essẽtiali⁹ ab itellectu
ydẽptitate esse istud q̃ q̄dditatiue. ¶ Sz ad que-
stionẽ factaz per q̄d de deitate vel deo rñdet̃ vere
et bene ꝙ ipsa ẽ iusticia sapiẽtia zc. iusta et sapiẽs
zc. minor patet per ansel. monologiõ.16. vbi ostẽ
dit ꝙ illi summe essentie idem est esse iustaz ꝙ est
esse iusticiam et eodem modo z similiter de his q̄
de illa dici possunt z ꝙ nihil horum monstret qua
lis vel quanta sit sed quid sit et capitulo decimo
septimo ostẽdit ꝙ ita sit simplex vt illa que de ei⁹
essentia dici possunt vnum idemq̃ in illa sunt et ni
hil de ea dici possit substantialiter nisi in eo ꝙ qd̃
est et ex hoc concludit ibidem. dicens q̃admoduz
itaq̃ vnũ est quicquid essentialiter de summa sub
stantia dicitur ita ipsa vnomodo vna considerare
est quicquid est essentialiter. ¶ Et notanter dicit
essentialiter propter notionalia et personalia qr
essentia non est aliquid illorum essentialiter per
se primo et ibidem. ¶ Illa vero summa essentia
nullomodo sic est aliquid vt istud idem secundum
alium modum aut secundum illam consideratio-
nem, non sic quia quicquid aliquomodo essentia-
liter est hoc est totum quod ipsa est. ¶ Huic cõcor-
dat bene super cantica sermone.85.cap.20.dicẽs
deus non aliunde bonus est q̃ vnde magnus est
nec aliunde iustus aut sapiens q̃ vnde bonus et
magnus nec aliunde fruibilis quoniam hec om-
nia vnus deus si quid igitur proprie de eo possit
dici congruentius dicitur deus magnitudo iusti-
cia bonitas q̃ deus magnus bonus iustus hec ille
¶ Ex istis plane habet̃ minor supradicte quo ad
abstractum et quo etiam ad cõcretũ. Et vltra etiã
quo ad alias q̄stiões alibi ꝑtractas de nõ loquẽdi

petebant. ¶ Et ratio primi quia cōmunicare ydio
mata ē predicatū vni primo et imediate cōueniēs
alteri secundario et mediate conuenire sicut dis-
gregare vel videri q̄ primo conuenit albedini i-
mediate et secūdario tribuitur subiecto eius ⁊ si
cut aqua dicitur calefieri quando calor ipsam in-
formans calefacit. ¶ Sed sic nō est de predicatis
istis homo humanatū et silibus dictis de dei filio
q̄z ista non primo et imediate conueniunt in xp̄o
alteri et per illud aliud filio dei quia tale alterꝫ
non eēt assignare nisi humanitate assūpta et ꝯ-
stat q̄ ista nec ē hō nec aial nec humanata nec in-
carnata. ¶ Sed primo ⁊ immediate conueniunt
hoc in filio dei et sunt sibi ydiomata et nullo mo-
do nature assumpte sed actiones et passiones si-
ue secūdū locū siue secūdū formā humanitatis as
sumpte taliter dei filio congruebant q̄ illa sunt p̄
ma et immediata ydiomata predicata conueniē-
tia illi nature et illa mediate cōmunicat̄ supposi
to in ipsa personaliter subsistēte et illud ē ita sim
plex et impartibile et incōpositum modo pre expo-
sito sicut eternaliter existebat licet a compositis
et diuisibilibus concretiue vere denominetur.
¶ Diceres nihil moritur nisi compositū q̄z mors

est separatio partis a parte i composito moriēte
sed dei filius vere moriebatur igitur vere fuit cō
positus. ¶ Respondetur q̄ si dei filius qui verissi
me pro nobis mortuus ē et passus ita immedia-
te ꝛ proprijssime fuisset mortuus sicut corpus qđ
erat pars assumpte humanitatis valeret conse-
quentia nunc non valet sic quia sensus ē xp̄s ve
re mortuus fuit idest xp̄s subsistebat in carne ve-
re mortua per carentiam vite prius eam viuificā
tis vel animantis et cum hoc stat vera summa ꝛ
eterna simplicitas quia simplici vniri potest com
positum et ne de meo aliquid dixisse videar in hu
iusmodi expositionibus probo quod dixi testimo
nijs aliorum. ¶ Unde ambro. vt recitat Ma. lib.
tertio. 21. ca. penultimo in fine emisit xp̄s spiritū
sed bene emisit ex carne Et consequenter vide to
tum capitulum sequens inuenies multa dicta
ad propositum et di. 22. ca. 3. mortem igitur dei fi
lius et in anima non ptulit et in maiestate non sē
sit sed participatione infirmitatis rex glorie cru-
cifixus est.



Irca distinctionem deci
mā septimā Queritur primo vtrū cha
ritas seu gratia sit viatori necessaria
ad salutem q̄ non quia rectitudo volū
tatis videtur sufficere ad salutem sed gratia seu
charitas non est illa rectitudo nec pars illius re
ctitudinis quia secundum anselmū deus non po-
test voluntati auferre rectitudinem sed charita-
tem sepe auferre igitur ꝛc. ¶ Probatur obserua
tio mandatorū dei sufficit ad salutem mathei. 9.
si vis ad vitā ingredi serua mandata et alibi hoc
facet viues sed precepta seruare potest homo si-
ne charitate superaddita quia si non tunc nullus
peccaret non faciendo precepta quia nullus pec-
cat non faciendo quod facere non potest per bea
tum augustinum de duabus animabus. ¶ Et hie-
ronymus dicitur i explanatione fidei execramur
eorum blasphemias qui dicunt deū aliquid īpossi
bile precepisse. ¶ Contra nullus potest eē saluus
nisi charus et gratus deo sed nullus potest eē cha
rus sine charitate et gratus sine gratia sicut nec
albus sine albedine igitur. ¶ Probatur peccatus
est malum et infinitum igitur non potest tolli per
sola naturalia et si aliud requirit illud voco gra
tiam. ¶ In ista questione et in omnib⁹ alijs de hac
materia suppono q̄ charitas infusa et gratia de
qua querit idē sunt. Distinctio de gratia seu cha
ritate q̄ aliquādo sumitur pro gratia creata for-
maliter animam informāte. ¶ Secundo pro icrea
ta ad vitam eternam animam acceptante ¶ De p̄
ma loquitur decretalis in titulo de sūma tri. et fi-
de ca. q̄ sub hijs verbis quantum ad effectum ba
ptismi in paruulis reperiuntur doctores quidem
theo. opiniones habuisse contrarias quibusdam
ex ipsis dicentibus per virtutem baptismi paruu-
lis quidem culpam remitti sed gratiam nō cōfer-
ri alijs afferentibus contra q̄ et culpa ipsis in ba
ptismo remittitur ac virtutes et informans gra-
tia infunduntur quo ad habitum et si non pro illo
tempore quo vsum nos attendentes generalem ef
ficaciā mortis xp̄i qui per baptisma applicatur pa
riter oībus baptizatis opinionem secundam que
dicit tam paruulis q̄ adultis cōferri i baptismo
gratiam et virtutem tāq̄ probabiliorem et dictis

sanctorum aut modernorum doctorum theologo
rum magis cōsonā et concordem sacro approban
te consilio duximus eligendam. ¶ De scda loquit
io. in cantica sua. 4. dicens deus charitas est ꝛ ad
illum tendit se ma. in presenti distinctione. ¶ Se-
cunda distinctio est de necessitate scilicet simplici
ter dicta et secundum quid. i. secūdū dei potentiā
absolutā vel secūdū legem statutā et cōmunem.
¶ Item premitto q̄ questio nō est intelligenda ca
the. qm̄ sic nullā haberet veritatem quia sal⁹ nō
est necessaria igitur nihil ad eam est necessarium
Añs patet quia de potentia dei ordiata potest da
non saluari intelligenda ē igitur questio hypoteti
ce ita scilicet si debeat pertingi ad salutem vtrum
ad hoc gratia necessario requiratur. ¶ Conclusio
prima charitas increata est homini ad salutem ne
cessaria probatur nullus potest pertingere ad fi-
nalem beatitudinē qui hic vocatur salus sine dei
acceptatione et preordinatione et beatitudinis i
homine creatione igitur ¶ Secūda conclusio gra
tia creata distincta ab ipsa beatitudine non est ab
solute necessaria ad salutem probatur quia nuda
subā anime est finalis beatitudinis sufficiens ipi
us productiuum ¶ Tertia conclusio nulla gratia
creata ē ad salutem hominis necessaria secūdum
cōmunē legem dei probatur conclusio quia ē vna
vniuersalis cuius qlꝫ singularis est vera ¶ Quar
ta cōclusio necessario si aliquis saluari debeat de
cōmuni lege secūdū eādē legē requiritur gratia
creata que informat ¶ Probatur sine tali gratia
nullus recte viuē potest nec liber esse potest a ser
uitute peccati igitur cōsequētia tenet cum nullus
possit esse saluus de cōmuni lege nisi liberetur a ser
uitute peccati et viuat recte añs patet per augu
stinum primo retractationum capi. 9 ꝛ allegatur
a ma. li. scdo. di. 26 ca. scdo. ¶ Item probatur ra
tione act⁹ charitatis et dilectionis naturales nō
minus relinquūt habitū naturaliter causabilem
cui correspondere possit habitus supernaturalis
qui possit comprehendere tales actus q̄ actus fi
dei vel spei vel iusticie aut alterius virtutis igit
nisi scriptura obuiet vel euidens ratio quare de⁹
non infunderet habitum supernaturalem corrñ-
dentē actui charitatis acquisite non plus debet
hoc negari q̄ q̄ dei fidem spem et iusticiam super
naturalem correspondentes naturaliter acquisi
tis ¶ Sed ratio nō obuiat ymo magis hoc dictat
quia charitas acquisita excellit quēcūq̄ aliū ha
bitum ceteris paribus rationabilibus igitur vi
detur q̄ deus ibi debeat dare habitum superna-
turalem q̄ in alijs neq̄ etiā obuiat auctas nisi ma-
gistri que in hoc nō tenetur cōmuniter ymo p̄pō
derat auctoritas ecclesie. nec obstat q̄ multe au-
ctoritates sanctorum quas Ma allegat dicunt q̄
sp. s. est charitas qua formaliter diligimus deū et
proximum ille enim vero dicūt eo q̄ efficit actum
diligendi partialiter et specialiter quo diligim⁹
deum et proximum et sine cuius speciali accepta
tione nullus habitus sufficeret vt meritorie dili
geremus deū et proximum sed hoc non excludit
charitatem creatam que se habet tāq̄ aliud com
principium. ¶ Si quis autem saluare velit sentē-
tiā magistri dicere potest q̄ ipse loquitur de cha
ritate illa sine qua nullus potest esse charus deo
ad vitam eternam de quacūq̄ potentia et sine q̄
etiā de potentia dei absoluta nullus pōt aliquod

opus meritorium facere nec deum aut proximum
meritorie diligere et ista charitas est diuina ac-
ceptatio que appropriate est .sp. licet tamen pro-
prie et cōmuniter etiam sit tota trinitas ¶ Sed ta-
men preter illam charitatem increatam dat deus
charitatem creatam sine qua etiam de facto nul-
lum acceptat nec vt creditur acceptabit licet ab-
solute sine ea posset et etiam ea posita posset nō
acceptare habentem de sua potentia absoluta ad
beatitudinem. ¶ Primum dubium contra dicta
2. articulus. sit illud quod in primo argumento principali ta-
ctum est de rectitudine voluntatis. ¶ Cui corre-
spondeo negando maiorem si intelligit de rectitu
dine naturali quia secundum scripturas deus crea
uit hominem rectum et tamen secūdum magistrū
licet homo vel angelus ex puris naturalibus sta
re potuerit non tamen proficere vt patet de ange
lis di. 3. scdi et de homine, di. 29. eiusdem scdi et per
consequens rectitudo naturalis non sufficiebat
ad merēdam vitam eternā: rectitudo gratuita be
ne sufficit sed ista includit gratiam et cum pro-
batur quod nō quia per ans. tertio de li. ar. ca. 8 deus
non potest illam rectitudinem auferre voluntati
¶ Et ratio sua est quia voluntatem esse rectā nō
est nisi eam velle istud quod deus vult eam velle.
Sed hanc rectitudinem non potest deus aufer-
re quia si sic aut igitur volens aut nolens non no
lens certum est quia tunc deus posset velle volū
tatem non velle illud quod vult eam velle pona-
tur ista in esse et tunc implicantur contradicta. s.
quod deus vel voluntatem nō velle illud quod vult
eam velle. ¶ Sed contra istam sententiam arguitur quia
nihil absolutum est libere causabile in voluntate
quin deus possit illud libere destruere conserua-
ta voluntate igitur et rectitudinem si ipsa recti-
tudo sit aliquid receptum in voluntate. ¶ Ad ra-
tionem anselmi dicitur quod deus volens &c. et cōce
ditur quod deus potest velle voluntatem non velle
illud quod vult eam velle saltem in sensu diuiso
sic quod non velit eam velle a esse vel sic quod velit nūc
eam velle. a esse et etiam nunc velit voluntatem
cras non velle. a. esse Item hoc de in esse et possi
bili deus nō vult volūtatē velle quod vult eā velle quia po
nat quod voluntas nihil velit tunc affirmatiua q cō-
tradicit dicte negatiue falsa est igitur negatiua
vera est. ¶ Si dicas quod licet non velit eam modo a
liquid velle tamen stat quod velit eam aliquid velle
pro futuro et tunc affirmatiua vera est et negati-
ua sibi contradicens precōcessa falsa. ¶ Contra si
a voluntas quam deus non velit aliquid velle in
futurum ymo velit quod ipsa nūquam aliquid volet in fu
turum et similiter de presenti tunc stat vtriusque pro
positiōis ꝯcesse possibilitas, probat velle ē presentis
temporis igitur patet igitur quod propositio ad quā
anselmus deducit non implicat contradictionem
quia licet bene sequitur deus aufert a ergo vult
auferre. a. sit. a. in voluntate velle illud quod deus
vult eam velle nō tamen sequitur aufert a igitur
a e sit sed potius sequitur igitur. a. non est cuius op
positum oportet anselmum supponere si ad cōtra
dictionem debeat deducere tamen pro reuerētia
sua dicendum est quod ipse tunc habuit pro eodē hāc
deus non vult voluntatem velle quod vult eam
velle et istam deus non vult voluntatem velle, et
vult eam velle vel istam deus vult voluntatē vel
le quod vult eam velle. ¶ Nec tamen ista sequitur ex po-
sitione in esse quod deus auferat rectitudinem volun
tatis nisi intelligatur dictum suum sicut ipsemet
dicit in libello posterius edito scilicet de concor-
dia pſcīe et predesti. et gratie de li. ar. ca. 6. vbi
dicit quam iusticiam qua quis iustus est constat eē
rectitudinem voluntatis que rectitudo tantum
tunc est in aliquo cum ipse vult quod deus vult eū
velle patet igitur quod deus eādē rectitudinem nul
li inuito auferre potest nec potest hoc velle sed ne-
que velle potest vt eam habens nolens aliqua neces
sitate eam deserat hec ille. ¶ Ex quo patet quod deus
non potest rectitudinem voluntatis auferre inui
to vel ipsi nolēti eā auferri et hoc totum intelligē
dum ē de potentia dei ordinata et quādiu volun-
tas persistit in hoc quod vult illud et nō aliud nisi quod
deus vult eam velle. ¶ Contra voluntate volēte
recte cuilibet reddere quod suum est et habente
etiam actum reflexum quo appetat et velit omni-
no actum priorem rectum tenere potest deus actū
priorem tenere sine posteriori et tunc nolente vo-
luntate auferetur sibi sua rectitudo: probatur re
ctitudo non includit gratiam igitur ad dictum in
solutione falsum ans probatur quia omnis iusti
cia ē rectitudo voluntatis propter se cōseruata et
omnis habens hanc rectitudinem iustus est vt pa
tet per Anselmū vbi prius. ca. 14. ¶ Idem igitur
est iusticia et rectitudo et iustus et rectus tunc sic
omnibus habentibus gratiam promissa est vita
eterna vt videtur patere per ans. vbi supra. c. 12.
Sed non omnibus iustis promissa est vita eter-
na vt patet per ans. vbi supra ca 14. sed tamen il-
lis qui sunt iusti sine omni iniusticia illi enim pro
prie et absolute sunt iusti et recti corde est enim a
liquid secundum aliquid iustum et secundum ali
quid iniustum vt qui castus est et inuidus talibus
non promittitur beatitudo iustorum quoniam sicut ve-
ra beatitudo est sine omni indigentia ita nulli da
tur nisi iusto sine omni iniusticia hec ille igitur Pro
batur rectitudo voluntatis potest stare cum pec-
cato mortali igitur non includit gratiam ans pro-
batur quia secundū ans. idē. 9. ca. voluntas non Ansel.
potest velle rectitudinem nisi habeat rectitudinē
et sit recta. ¶ Sed constat quod homo existens in pec
cato mortali velit rectitudinem et iusticiam vt pa
tet de fornicario qui nescit fornicationem eē pec-
catum et tamen diligit deum super omnia et vult
rectitudinem et habet promptam voluntatem bn
faciendi licet non habeat sciētiā Dicitur forte quod
illud dictū quod dicitur de rectitudine includente
gratiā intelligendum est de rectitudine que est sine
omni iniusticia iuxta prius dicta ¶ Sed cōtra hoc
est processus anselmi postquā enim premisit in fi-
ne cap. 12. quod non vult loqui de alia gratia quam de il
la sine qua nullus saluatur et post ca 13. diffiniuit
iusticiam quod ipsa ē rectitudo voluntatis propter se
seruata dicit. ¶ Si igitur possumus ostendē nullam
creaturam hanc adipisci hanc rectitudinem pos-
se non per gratiam manifesta erit inter ipsam et li
berum arbitrium ad saluandum hominem con-
cordia quam querimus Assumptum autem conse
quenter ostenditur sic voluntas non vult recte ni
si quia recta est nā sicut visus non est acutus quis
videt acute sed idcirco videt acute quia est acu-
tus ita voluntas non est recta quia vult recte sed
econtra. Cū autem vult hanc rectitudinem pro-
culdubio recte vult non igitur vult rectitudinem

nisi quia recta est idem autem est voluntatem rectam esse et rectitudinem habere palam igitur quia non vult rectitudinem nisi quia rectitudinẽ habet licet enim possit velle rectitudinem quam nondum habet vt cuȝ vult maiorem habere ꝙ habeat. ¶ Dico autem nullam eam posse velle rectitudinem si non habet rectitudinem qua illam velit. Hanc autem rectitudinem non habet a se et habere nequit aut volendo aut non volẽdo quippe nullus valet eam adipisci per se quia nequit illam velle nisi illam habeat nec nolendo seu nõ volendo hoc enim nullius mens accipit igitur non potest eam creatura habere neq͡ȝ a creatura quia sicut creatura nequit creaturam saluare ita non potest ei gratiam dare per quam debeat saluari sequitur igitur ꝙ nullam rectitudinem habet creatura quam dixi volũtatis nisi per dei gratiam. ¶ Deo igitur largiente inuenimus gratiam eius ad saluandum hominem cum libero arbitrio concordare ita vt gratia sola posset hominem saluare nihil de eius libero arbitrio agente sicu fit in infantibus et intelligentibus ipsa sic semper adiuuat liberum arbitrium naturale ꝙ sine ista in tali valet ad salutem dando volũtati rectitudinem quam seruet per liberum arbitrium.

¶ Iste processus plane habet ꝙ omnis rectitudo voluntatis includit vel requirit iam gratiam descriptam. ¶ Nam da ꝙ non probatur quin volendo possit quis in volendo possit quis rectitudinem adipisci ad se nam hoc non improbatur nisi per hoc ꝙ nullus potest eam velle nisi habeat.

¶ Ad primum istorum concedendum est ꝙ actum rectum de quo arguitur posset deus tollere conseruando reflexum. ¶ Sed tunc voluntas recta adhuc manet habendo actum reflexum quia sicut dictum est nullus potest velle rectitudinem nisi habeat rectitudinem quamuis igitur voluntate inuita possit sibi de potentia dei absoluta auferri aliquis actus rectus seu rectitudo aliqua non tamen omnis quia ipsa voluntas habendi ꝙ ab ipsa aufertur ceteris paribus sibi pro iusticia et rectitudine imputatur. ¶ Aliter potest dici pro isto argumento et toto isto dubio ꝙ deum auferre posse rectitudinem voluntatis ab ipsa voluntate tripliciter potest intelligi. ¶ Primo modo sic ꝙ de⁹ possit omnem habitum vel actum iusticie vel rectitudinis acquisitum vel infusum auferre a voluntate que habet vel habuit talem actuȝ vel habitum etiam ipsa voluntate remanente et nihil ad talem ablationem agente prime ipsa inuita et renitente et sic conceditur ꝙ hoc deus potest cum quamlibet rem absolutam ab alia distincta deus ab ea potest separare. ¶ Secundo modo intelligitur sic ꝙ accipiendo hominem innocentem in puris naturalibus constitutum qui habet rectitudinem naturalem qui penitus habet se taliter ad deum et in seipso qualiter debet se habere nec in aliquo est obliquus per recessum a lege diuina. Utrum tunc a tali possit auferre suam rectitudinem naturalem sine eo ꝙ ipse voluntarie se difformet legi diuine et conceditur ꝙ sic quia potest eũ annichilare licet tamen hoc non sit proprie auferre. ¶ Tertio modo intelligitur sic ꝙ dato homine habente rectitudinem naturalem iuxta modum predictum vel habentem rectitudinem actualem vel habitualem vel vtroq͡ȝ modo iuxta primum modũ predictũ deus potest precise sine cõcursu volũtarie illi⁹ facere ꝙ ille peccet actualiter se difformando diuine legi vel ꝙ habitualiter vel quocũq͡ȝ alio modo difformis se habeat vel difformis existat diuine legi ipso homine vel voluntate remanente et hoc est impossibile et sic patet quomodo verificari possunt dicta anselmi ꝛc. ¶ Ad secundum concedo ꝙ omnis iusticia seu rectitudo simpliciter non secundum quid sicut anselmus diffinauit capitulo nono requirit vel includit gratiam gratuitiuam immo ł autem dicens ꝙ non omnibus iustis promissa est vita eterna intelligitur de illis qui scd͞m quid sunt iusti et secundum quid iniusti quales describit ibidem. ¶ Ad tertium patet per idem et hoc quod dicitur ꝙ nullus potest velle rectitudinem nisi habeat rectitudinem intelligendum est de velle sufficienti quo ita eligitur rectitudo quia rectitudo est. hoc est quia deus vult et rationabile est omnino ꝙ sic fiat. ¶ Sed contra primam responsionem qua dictum est anselmus ibi capere negatiuam non impossibilem pro affirmatiua impossibili questione inaduertẽter ita ꝙ non intendit aduertenter hanc negatiuam esse impossibilem deus non vult me velle qđ vult me velle. ¶ Sed hanc affirmatiuam deus vult voluntatem velle quod non vult eam velle. ¶ Contra dicta propositio est impossibilis etiam secundum dei potentiam absolutam igitur antecedens ex quo infertur scilicet ꝙ deus auferat a voluntate rectitudinem est simpliciter impossibile quod est contra dicta in responsione vel consequentia sua non valet quia ex possibili non sequitur impossibile. ¶ Probatur in principio capituli octauo de libero arbitrio dicit ꝙ totam substãtiam quam deus de nichilo facit potest reducere in nihil a voluntate vero habente rectitudinem non valet eam separare. ¶ Sed prima pars istius dicti non potest intelligi de potentia dei ordinata igitur nec secunda vel ł eadem auctoritate equiuocat de potentia dei quod non videtur verisimile. ¶ Ad primum istorum potest multipliciter responderi primo supponendo ꝙ voluntas de facto velit et optet facere ꝙ deus vult eam velle et hoc sine omni demerito annexo et culpe mortali ꝛ tũc potest dici ꝙ si secundum legem nunc ordinatã deus sine illius demerito aufert rectitudinẽ et gratiam a tali voluntate et tamen secundum illam legem velit omnem voluntatem semel rectam semper rectam esse nisi istam rectitudinem demereatur et ista habet eam et non demereatur eam igitur si deus voluntati sic se habenti tollit rectitudinem igitur vult eam velle quod non vult eam velle vel vult eaȝ habere rectitudinem quam nõ vult eam habere ista consequentia est bona ꝛ antecedens est ita impossibile sicut consequens ꝛ sicut dictum est de voluntate non demerẽte. ita et ĩam potest dici respectu voluntatis inuite vel renuentis perdere beatitudinem. ¶ Aliť potest dici ꝙ voluntas semel recta secundum legem dei tã ordinatã ꝙ absolutã fieri nõ põt nõ recta culpabiliter sine suo demerito ꝛ hoc siue auferaŕ sibi forma ꝗlibet prius eã iformãs siue non. ¶ Scd͞o dr̃ ꝙ scd͞m anselmũ auferre rectitudinẽ ĩ volũtate ẽ eã facere nõ velle aliq̃liť ꝛ tñ de⁹ vult taĺr eã velle ꝛ sic ẽ ipossibile ꝙ de⁹ auferat rectitudinẽ a voluntate q̃ꝛ ipossibile ẽ ꝙ de⁹ auferat a volũtate illã

velle q ipse vult ipaz velle p idē p3 ad scdm. ¶ Itē ista negatiua deus non vult voluntatem velle qd vult eam velle potest distingui eo q potest esse vna propositio et tunc est possibilis vt dictum est vel due propositiones ad hunc sensum aliquid nō vult deus voluntatem velle et illud vult voluntatem velle et ista copulatiua est impossibilis.

¶ Similiter distingui potest ista affirmatiua deus vult voluntatem non velle quod vult eam velle que etiam est possibilis prout est vna propositio sicut dictum est impossibilis autem prout est due. ¶ Sed contra primam solutionem anselmi deducit ad contradictoria et super ista non potest de potentia absoluta igitur non sufficit glosa de potentia ordinata. ¶ Respondetur q talis contra dictio deducitur eo modo quo dictum est in primo modo predicte solutionis et etiam in alijs modis. ¶ Unde anselmus sic infert si deus tollit rectitudinem a voluntate igitur non vult eam velle quod vult eam velle cuius illati partem scdaz semper ponit et non probat sed tantum primam partem quaz non est possibile simul esse veram cū secunda oportet igitur q secunda pars supponatur esse vera ex lege diuina quia de potentia absoluta deus potest velle voluntatem nihil velle sicut potest eam annichilare. ¶ Et tunc vlterius est notandum q voluntatem velle q deus vult eā velle est eam velle conformiter preceptis sicut dicitur q deus vult omnes homines saluos fieri quia dedit precepta quibus omnes obligauit et ex quorum impletione homo saluatur et sic etiam deus vult semper voluntatem sic velle et semper acceptat quando conformiter vult preceptis et reprobat quando contrarium facit homo et sic intelligitur etiam illud anselmi rectitudo voluntatis est velle qd deus vult eaz velle sicut debet et tenetur sibi cooperari ad hoc quantum in se est.

2. dubium ¶ Secundum dubium principale sit illud quod tāgitur in secundo argumento principali de obseruantia mandatorum dei. Dicendum est q non omnia mandata possunt de lege communi ad intentionem mandātis seruari sine gratia. vnde augustinus in libro de heresib9 dicit hoc pertinere ad errorem pelagianorum vt credant sine gratia hominem posse facere omnia mandata dei. Item ad hoc est Magister libro secundo distinctione vicesimasexta primo dicit pelagianorum heresis etc.

¶ Sed contra hanc responsionem arguit scotus si deus precipiebat seu precipiens intendebat quēlibet obligare ad seruandum precepta ex charitate igitur quicunq faciens opus precepti non ex charitate peccat mortaliter et hoc de precepto negatiuo ad quod tenetur semper et pro semper ita q si teneatur ad illud ex charitate quando illud seruat non ex charitate, mortaliter peccat. ¶ Et similiter de precepto affirmatiuo ad quod tenetur pro aliquando si non seruat ex charitate peccat mortaliter consequens videtur falsum quia tunc quicunq occidisset vel peccatum mortale commisisset si postea non occidat quia deus precepit non occidere peccat mortaliter vel si seruat preceptum quod deus precepit peccat mortaliter et hoc non videtur aliud q peruertere omnes qui semel commiserunt peccatum mortale vt nullum bonum opus ex gratia faciant ad quod alias tamen tenentur. preterea existens in charitate potest facere aliquod opus precepti non tunc motus ex charitate sed ex pietate et mansuetudine naturali vel ex aliquo alio non ferendo tunc actualiter intentionem suam in finem vltimam igitur si intentio mandātis scilicet dei sic q sua mandata ex charitate impleantur in tali casu impletio illa operis precepti non esset sibi meritoria. ¶ Ad primum concedo q faciens opus precepti non ex charitate quando teneretur exequi opus istud ex charitate peccat mortaliter non quia facit opus precepti sed quia non ex charitate facit illud et etiam quia tunc teneretur habere charitatem et non habet multo minus tamen peccat tunc non ex charitate faciendo opus q si opus non faceret. obligatur enim pro tunc ad tria scilicet ad habendum charitatem ad operandum tale opus et ad operandum ipsum ex charitate si tamen sciat horam pro qua obligatur sic operari ex precepto et si aliquid eorum ad que pro illa hora obligatur facit minus in tanto pec cat q si nihil faceret ceteris paribus et hoc etiam concedo tam de negatiuis q de affirmatiuis pro actibus voluntatis conformibus preceptis his vel illis obligor enim ex precepto de non furando non solum ad non furandum vnq verumetiam ad aliquando velle non furari et illum actum pro tunc et non semper tenerer ex charitate elicere vel eum habere nec sequitur q post cōmissum peccatum mortale si non occidat aliquis peccat mortaliter quia ex hoc q non occidit nunq peccat sicut nec ex alia parte ex hoc quod facit opus preceptum sed in hoc peccat quia nō ex charitate detestatur vel respuit homicidium vel non ex charitate vult non occidere et hoc tenetur quotiens recolere obligatur dei precepta et in singulari forte seu distincte tenetur velle pro loco vel tempore quo ad quedam vel pro semper quo ad aliqua obedire vel alias quando deus nouit et tunc patet q non sequitur illud absurdum quod infertur. scilicet q post vnum peccatum commissum non esset opus bonum ex genere faciendum quia iam patet q nisi illud faceret quando tenetur grauius peccaret facere etiam q non tenetur est valde expediens et ad gratiam dissonans sicut opus supererogationis. ¶ Ad secundum conceditur q impletio operis exterioris non ex charitate non et esset sibi meritoria si fieret pro hora pro qua teneretur agere illud opus ex charitate ymo pro illa hora peccaret. ¶ Sed pro multis alijs horis credo q meritorium esset sibi quia p gratiam redditur ista persona grata deo q omne bonum ex genere et motu bono secundum instinctum nature, sibi factum a tali preest sibi meritorium dummodo non tunc teneretur illud facere ex charitate non tamen ita meritorium sicut si ex charitate fieret. ¶ Sed contra istud videtur esse dictum augustini in omelia de apostolis vbi cum descripsisset modum charitatis dicit enim veraciter charitatē habet qui et amicū diligit et deū et inimicū propter deum addit nam sunt nonnulli qui diligunt proximos sed per affectionem cognationis et carnis quibus tn̄ in hac dilectione

Ad primum

Ad scdm.

sacra eloquia non contradicunt sed aliud est ꝙ
sponte impenditur nature aliud quod preceptis
dominicis debetur ex charitate obedientie hu ni
mium et proximum diligunt ⁊ tamē ista sublimis
dilectionis premia non assequūtur quia amorem
suum non spiritualiter sed carnaliter impendunt
hec ille. Igit opera facta ex motu pietatis natu-
ralis vel affectionis carnalis non sunt meritoria
nec etiam ipsis peccatur quia peccatis tam veni
alibus ꝙ mortalibus sacra eloquia contradicunt
Dicendum mihi videtur ꝙ nulla talia sunt meri
toria vite eterne ex hoc solo ꝙ talia sunt sed tan-
tum ex hoc ꝙ fiunt a persona deo chara bene mo-
raliter: quod dico pro actibus indifferentibus li
citis vel pro actibus indeliberate elicitis sicut ē
fricatio barbe vel huiusmodi ex hoc tn̄ sunt me
ritorij licet non ita meritorij sicut si mediante cha
ritate elicerentur. probatur contra responsionem
istam. ad primum principale potest argui quia se
cundum augustinum de doctrina christiana prece
pta dei sunt de lege nature igitur ex solis natura-
libus impleri possunt. Dicendū ꝙ non possunt me
ritorie impleri sine gratia / possunt tamen opera
exteriora preceptorum pro maiori parte impleri
ex naturalibus sine gratia informante et sic forte
intelligit augustinus. etiam actus intensiores na
turaliter causabiles causentur si saltem quidam
vt est iste qui esset dei feruens amor super omnia
et aliorum propter ipsum estimo ꝙ semper in ha-
bente noticiam necessariaȝ ad salutem eo ipso de
us infundat gratiam nec aliter esse potest de ista
lege statuta. ¶ Tertium dubium sit illud quod tā
3. dubium. gitur in argumento primo principali ad opposi-
tam partem questionis ꝙ contradictio est aliquē
esse gratum sine gratia vel earum sine veritate.
Dicendum est ꝙ nulla penitus est repugnantia ꝙ
aliquis sit gratus deo et charus sine charitate si
bi formaliter inherente sed ꝙ sine gratia et cha-
4. dubium ritate acceptante. ¶ Quartum dubium sit istud
quod tangitur in secundo argumento ꝙ pecca-
tum mortale est infinitum. Dicendum ꝙ licet pec-
catum mortale sit malum infinitum ex hoc quod
sit contra preceptum boni infiniti vel in contem-
ptum boni infiniti et ita sit offensa rei infinite ꝙ
aliqui vocant esse infinitum secundum extrinsecā
denominationem ab obiecto tamen secunduȝ ma
gnitudinem intrinsecam entitatis actus peccati
non est infinitum ymo forte purum nihil est sicut
de peccato mortali pure omissionis et tali modo
infinitis quilibet actus diligendi deum super om
nia et quilibet habitus ad talem inclinans dici
posset infinitus isto etiam modo nunc diligo de-
um infinite licet actu finito quia prefero eum in
amore meo incomparabiliter vltra omne aliud
bonum existens vel possibile. ¶ Ad formam tamē
dicendum ꝙ peccatum taliter infinitum deleri po
test per gratiam infinitam que est dei acceptatio.
¶ Contra istam responsionem probatur ꝙ pecca-
tum mortale temporale sit intensiue infinitum qꝛ
per istud infinities venitur contra preceptum dei
quia infinita instantia ibi sunt. dicendum ꝙ non i-
finities nouiter et libere vel nouiter imputatur.
5. dubium. ¶ Quintum dubium videtur ꝙ gratia non sit ne-
cessaria ad salutem sed potius impeditiua nam
si habens gratiam mortaliter peccet postea gra-
uius peccat ꝙ si gratiam non habuisset nec habe-
retur gratia igitur est causa quare peccatum sit
grauius. Respondetur negando consequentiam
scilicet ꝙ gratia est causa etiaȝ ⁊c. sed ipsemet nō
vtens gratia cum posset ⁊ deberet ex hoc ꝙ ea nō
vtitur ⁊ ꝙ eam perdit grauius peccat tamen gra
tia est bene causa per accidens seu occasionalis
⁊c. Item videtur probabiliter posse dici ꝙ preha
bens gratiam non grauius peccaret ꝙ qui non
prehabuerit ceteris paribus quia iste qui nō ha-
bet eam tenetur eam habere sicut alius et ꝙ non
habet sibi imputatur ad peccatum nec excusat eū
in aliquo vt videtur sed aggrauat. Et similiter
diceretur de sciente et ignorante ex hoc scilicet ꝙ
scientia quam vnus habet / et qua alter caret ne-
cessaria sit ad salutem sicut est scientia precepto-
rum dei tunc enim qui ignorat eque teneretur sci
re et punietur tam quia ignorat ꝙ quia male ope
ratur. ¶ Sed contra ignorantia dummodo non sit
affectata excusat a tanto licet non a toto et eadē
ratione in proposito de carētia charitatis. Assum
ptum probatur per illud Apostoli misericordiam
consecutus sum quia ignorans feci et in euange-
lio dimitte illis quia nesciunt quid faciunt igi-
tur si talis scilicet simile peccatum committat cū
sciente minus peccat. ¶ Respondetur ꝙ ceteris
paribus ignorans ignorantia scientie vel fidei
quam homo obligatur habere non excusatur ma
ledicto nec talis ignorantia attenuat suum pecca
tum propter causam supradictam. ¶ Sed instan-
tia procedit de ignorantia non affectata et vbi tā
tum ignoranter peccatur sicut patet in Apostolo
qui mere ignoranter peccauit omnino credens
se benefacere ita ꝙ ignorantia fuit in causa et
non malitia. ¶ Sed ignorans sic ꝙ etiam si habe-
ret scientiam nichilominus peccaret talis vt esti-
mo nullatenus per ignorantiam excusatur. vnde
etiam talis ignorantia prouenit ex malitia et vt
sic est affectata explicite vel implicite. ¶ Sex-
tum dubium est de cornelio qui vt videtur fuit in 6. dubiuȝ.
statu salutis ante habitam gratiam quia actus
vel habetur ꝙ orationes eius et elemosine deo
erant accepte anteꝙ haberet fidem. et per conse-
quens anteꝙ haberet charitatem infusam que
preexigit vel coexigit fidem de potentia dei ordi-
nata. Dicendum vel ꝙ non erat in statu salutis eo
ꝙ sibi deficerent fides et scientia ad salutem ne-
cessaria meruit tamen de congruo fidem et noti-
tiam necessariam sibi a deo infundi vel dato sicut
verisimilius est ꝙ fuerit in statu salutis ante pe-
tri aduentum tunc habuit gratiam et fidem infu-
sam sed non acquisitam nec explicitam propter
circa trinitatem personarum et verbi incarnatio
nem licet habuerit fidem vnius dei et hec pars
secundum sanctos est vera quia gregorius in ome-
lia super epistolam ad galathas vult ꝙ per ope-
ra bona prouenit ad fidem explicitam et non ecō-
uerso hanc esse sententiam tenet gregorius super
ezechielem et hec est via scoti super primum sen-
tentiarum. ¶ Septimum dubium est de lege dei 7. dubium
ordinata circa salutem dixi enim gratiam inhe-
rentem non esse necessariam ad salutem nisi ne-
cessitate secundum quid que necessitas est solum
legis dei institute. ¶ Contra lex illa est eterna igi
tur est absolute necessaria antecedēs patet quia

lex a deo instituta non potest poni a deo primo ex tempore ordinari sine mutatione dei. consequentia patet quia ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis vt patet ex deductione philosophi primo celi et. 12. methaphisice. ¶ Respondet q de vi sermonis aīs est verum et consequens similiter quia lex non est nisi deus. qui sic ordinauit q sic foret tamen ad intellectum arguentis eundo qui videtur intelligere antecedēs ad hūc sensum lex ista est eterna. et sic ab eterno deus ordinauit. concedo antecedens et nego consequentiam nec ex opposito consequentis tunc sequitur oppositum antecedentis quia non sequitur talis lex non est absolute necessaria. i. non necessario sꝫ libere et consequenter sic deus ordinauit igitur non est eterna vel necesse est eam aliquando non fuisse. i. necesse est deum aliquando non sic ordinasse. ¶ Ad aristotelem dicendum est q sua deductio procedit de eterno et absolute necessario.

¶ Ad primum intellectum antecedentis et consequentis prime consequentie non autem ad secundum intellectum datum quia secundum eum et commentatorem suum consequentia ista non valet materia prima ab eterno fuit imposita ad hāc formam loquendo de potentia ante actum et reducibili naturaliter ad actum per causas naturales igitur hoc stante necessario est in potentia ad hanc formam quia quando recipit vel hanc formam habet tunc secundum viam aristotelis numꝙ prius poterit eam recipere igitur tūc non est in potentia ad eam tamen quia aristoteles et commētator intendunt improbare q impossibile est aliquid eternum esse corruptibile vel posse non esse vel aliud de nouo factum et corruptibile perpetue posse conseruari christianus autem faciliter respondet sibi q neutrum includit repugnantiam habendo respectum ad dei potentiam libere actiuam ad extra. ¶ Ad octauum videtur q gratia informans sit absolute necessaria quia hec propositio sor. est gratus deo verificatur pro rebꝰ sed ad eius veritatem non sufficiunt sortes et deus quia ambobus existentibus dicta propositio potest esse falsa igitur requiritur aliqua res tertia et ista est gratia quia quecunꝙ res alia detur idem arguitur sicut prius de deo. et sorte. ¶ Respondetur q dicta propositio implicat vnam de futuro et dependet eius veritas ex futuritione alicuius rei nondum existentis ꝛ non significat precise res presentes quia significat sortem et deum et q ipse dabit sorti beatitudinem eternam nisi nouiter demereatur habere illam et sine illo tertio sortes non esset gratus deo per illam qualitatem que dicitur gratia plusꝙ per fidem vel per naturam suam. ¶ Secundo dico q dato q nullam rem pro futuro dandam significaret sed solum qualiter se haberet et se habent tales res inter se vel in ordine ad aliud adhuc non oporteret q quibusdam rebus positis eo ipso propositio esset vera sicut patet de istis homo creatur homo conseruatur a deo hoc dependet a tali actiuo et ita de multis aliis cuius oppositum videtur supponere ar-

9. dubium. gumentum. ¶ Nonum dubium contra conclusionem quartam que si esset vera sequeretur q nulla gratia deo nota et a deo creabilis eēt necessaria ad salutem conceditur consequens cum quo stat q necesse est si de lege communi aliquis saluabitur q habeat gratiam. ¶ Contra igitur nullam habendo gratiam poterit de communi lege saluari concedo consequens exponendo gerundium quia dum sortes nullam habet gratiam potest saluari quia potest habere gratiam ista tamen ē impossibilis sortes nullam habendo gratiam de cōi lege saluatur seu saluabit. ¶ Decimū dubiū ē 10. dubium

propter quid de communi lege ad salutem requiritur gratia quia si requiritur hoc erit vt per eā filii regni separentur a filiis gehenne sed ad hoc non sufficit quia gratia stat cum peccato mortali quod probatur quia ab habente gratiam non tollitur gratia nisi propter demeritum actuale igitur ille prius demeretur ꝙ gratia ab eo tollatur pro quo scilicet priori simul esset gratia scilicet et peccatum. Respondetur q peccans mortaliter prius natura tollit gratiam ꝙ ponat actum peccati licet simul tempore sicut ignis generās ignē ex aere prius naturaliter corrumpit formam aeris ꝙ introducat formaꝫ ignis sequitur enim forma ignis producitur igitur forma aeris si immediate preexistebat in ista materia corrumpitur et non econtra igitur prius natura hoc corrumpitur ꝙ illa producitur ex diffinitione prius natura in quinto methaphisice. ¶ Similiter hic sequitur de gratia et peccato de lege dei ordinata iste peccat mortaliter igitur non habet gratiam et non econuerso igitur prius natura cessat gratia ꝙ existat actꝰ culpe cum isto tamen stat q posito culpe causalitate prior est sublatione gratie sunt tamen simul tempore et igitur non sequitur q pro illo priori stabunt simul quia illud prius nō est prius in quo sed ipsummet demeritum. ¶ Sciendum est tamen q nec de lege ordinata nec absolute sequitur iste peccat mortaliter igitur sibi aufertur gratia sed bene sequitur econuerso de lege ordinata isti nūc aufertur gratia vel iste nunc primo perdit gratiam igitur peccat mortaliter. ¶ Et ideo sicut mortaliter peccare est priꝰ causalitate ablatione gratie ita etiam est prius natura secundum legem ordinatam. Item si comparentur adinuicem non habere gratiam et esse in peccato mortali actuali vel originali tunc ista se habent coequeue et neutrum est prius alio etiam secundum legem ordinatam si autem comparentur adinuicem non habere gratiam et peccare mortaliter tunc verum est illud quod hic prius dicebatur. ¶ Undecimuꝫ dubium contra dicta possibile est q aliquis saluetur qui tamen non credit esse charitatem creatam formaliter in anima vt si aliquis baptizatꝰ circa hoc haberet errorem inuincibilem igitur talis potest saluari sine gratia. ¶ Respondetur negando consequentiam quia licet error quidam sit opinari q homines saluentur sine gratia informante non autem apparet error damnatus quia ecclesia eligit aliam partem tanꝙ probabilioreꝫ ideo non apparet q sic errans sit propter hoc in statu damnationis licet scienter in hoc rebellans ecclesie docendo contrarium peccat mortaliter. ¶ Contra etiam damnat sicut heresim op. pelagiū q negauit charitatē īhabētē ꝛc. pbat qd dicis de vetula obediēte doctrine heretici credēte in hoc obedire ecclie. ¶ Ad primū dicēdū q pelagiꝰ errauit i multis negauit enim paruulos indigere

gr̄a redēptoris vel hēre pctm̄ et hoiez posse mere
naturalit omē vit are pctm̄ sine gr̄a absolute et in
hoc errauit hereticaliter quia absolute negauit
dei gratiam requiri ad salutem et non quia non
posuit gratiam inherentem solum ymo raro vel
nunꝙ in aliquo auctore exprimitur de gratia in-
formante vsqꝫ ad decretalem 7. alias optimo ma.
di.17. primi fuisset erronea quod non dicitur licet
ipse ibi non teneatur. ¶ Ad secundum dico ꝙ ve-
tula talia in aliq pie operans excusabilis ē apō
deum per seductionem inuincibilem donec aliter
informetur ¶ Sed dices ponamus aliquem non
baptizatum sequentem rectam rationem in omni
bus sicut fecit cornelius habentem errorem inui
cibilem circa multos articulos fidei propter de-
fectum doctorum saluabitur ne talis. ¶ Respon-
det scotus in prologo articulo primo et ego assen
tio ꝙ talis saluetur quia deus infunderet fidem
qualem saltem paruulis et etiam gratiam suam
de lege tamen communi mitti talibus instructo-
res sicut ad cornelium misit petrum propter hoc
dico vnum generale ꝙ vbiqꝫ ponitur via ad salu-
tem preter communem modum ibi pono haberi
gratiam et fidem infusam consimiliter licet de
dei omnipotentia absoluta aliter fieri potuisset.
¶ Dicerea excusat ne a peccato quelibet ignoran
tia inuincibilis. dico ꝙ excusat non habentes vsuz
liberi arbitrij et conantes ꝙtū est in eis beneface
re et deum habere et sperantes saluari et abstine
re a peccato mortali actuali ignorantia enim vi-
cibilis non excusat a toto mō si enim talis ignorā
tia est causa peccati saltem per accidēs eo modo
quo absentia naute est causa periclitationis na-
uis et si non sit affectata excusat a tanto etiam re
spectu illorum que non scire tenetur sed si fuerit
affectata per se et directe non excusat sed pecca-
tum aggrauat. ¶ Si vero fuerit non sic per se et di
recte volita et affectata sed tamen indirecte vo-
lita ita ꝙ voluntas libēter vellet scire sed non la-
borat circa hoc vt tenetur quia nimis permittit
se occupari circa impertinentia et tunc talis igno
rantia peccatum est attenuat tamen aliud pecca-
tum ꝙ ex ignorantia tali fit pro quanto facit illud
12. dubium peccatū nō esse volūtarium simpliciter. ¶ Duode-
cimum dubium an homo conceptus non per pro-
pagationem sed aliter sine peccato originali indi
geret gratia ad salutem. Respondetur ꝙ non indi
geret gratia ad purgandum peccatum originale
sed ad perficiendum et forte etiam ad cauendum
peccata actualia prout in tertio in materia de fo
mite latius dicetur sicut enim hoc pri⁹ mereri non
potuit ex puris naturalib⁹ sine gratia sic nec iste
posset de lege communi. ¶ Decimumtertium est
13. dubium contra illud quod dictum est viatorem non posse
seruare mandata diuina sine gratia diceres ali-
quis potest saltem sine charitate implere prece-
ptum de dilectione dei et proximi et si sic moria-
tur saluabitur igitur saluabitur sine gratia. ¶ Re
spondetur ꝙ nec istud preceptum ad mentem man
dantis seruari potest sine charitate nec mirū cum
apostolus dicat ad roma.13. plenitudo legis est
dilectio et math.22. in his duobus mandatis vni-
uersa lex pendet et prophete et augustin⁹ ille te-
net quicquid latet et quicquid patet in sermone
diuino qui charitatem tenet l opere breuiter qui
cunqꝫ diligit deum et proximum sicut tenetur vir

tualiter ammouet omne impedimentum salutis
si potest vtpote omnem ignorantiam et volunta-
tem malefaciendi et filiam et ita facit libere qō
in se est et ita habet gratiam. ¶ Decimumquartū
dubiuz videtur ꝙ magnitudo peccati malitie pec 14. dubium
cati mortalis sit intensiue infinita quia suppono
ꝙ actus sit temporalis cum igitur pro quolibet
instanti istius temporis alio et alio et etiam pro
qualibet parte aggrauetur peccatum intensiue
sequitur ꝙ iuxta multitudinem partium et instan
tium temporis est intensio malitie talis act⁹ etc.
¶ Respondetur ꝙ non pro quolibet instanti quo
continuatur actus peccati aggrauatur peccatuz
intensiue sed pro quolibet instanti pro quo posset
et teneretur nouiter detestari peccatum et non
facit et talia non sunt simul supra nisi pauca.



Ecūdo queritur
vtrum charitas seu gratia
increata sine alio suffice-
re possit ad salutem Vide
tur ꝙ sic. quia in anima vi-
atoris non sunt ponen-
de plures fides scilicet cre
ata et increata nec plures
habitus spei quia esset su-
perfluum. Igitur pari ratione nec plures chari-
tates. ¶ Consequentia probatur quia vna chari-
tas tam efficaciter potest in suum actuz sicut vna
fides vel spes in suum igitur si ponuntur plures
charitates in vna anima actus procedens ab il-
lis esset fortior actu fidei. Falsitas ꝓbatur quia
actus istorum in via sunt equales sicut dicit gre-
gorius super ezechielis omelia vltima et allegat
magi. libro tertio distinctione decimaquinta ca-
pitulo vltimo. ¶ Preterea. 15. capitulo de trini-
tate capitulo octogesimonono de paruis dicit au
gustinus ꝙ spiritussanctus est donum excellen-
tissimum et solum hoc diuidit inter filios regni et
perditionis. ¶ Sed manifestum est ꝙ si sit aliqua
charitas in anima ꝙ ipsa diuidit inter filios re-
gni et perditionis et ita non solum spiritussanct⁹
quod ipse negat ¶ In oppositum arguitur per cō
stitutionem ecclesie pri⁹ allegatā que dicit ꝙ par
uuli in baptismo recipiunt gratiaz informantem
et virtutes sed gratia informans est charitas cre
ata: deus enim non est forma informans igitur.
¶ Prima conclusio de potentia dei ordinata non
sufficit viatoribus ad salutem gratia icreata hoc
patet ex precedenti questione ¶ Secunda conclu
sio quam teneo cum scoto et okam in prima distin
ctione ꝙ deus de potentia sua absoluta potest na
turam beatificabilem existentem in puris natu-
ralibus sine omni forma supernaturali sibi inhe-
rente ad vitam eternam acceptare et sibi charaz
et acceptam habere. probatur deus potest aliquē
preparare ad vitam eternam et etiam sibi dare vi
tam eternam igitur. Antecedēs probatur quia vi
sio et fruitio beatifica a tali habitu non dependet
seu a deo sicut ab actiuo et a potentia sicut a re-
ceptiuo. ¶ Secundo si deus potest velle alicui
creature rationali conferre beatitudinem fina-
lem sine hoc ꝙ velit illi prius conferre formam
aliaz supernaturalem igitur potest aliquē prepa
rare et acceptare ad vitaz eternā nullā sibi formā

supernaturalem primam conferendo et creatura
sic acceptata esset deo cara et digna vita eterna
igitur assumptum patet quia si non tunc nec istaz
formam supernaturalē posset ei cōferre sine alia
forma prima et sic in infinitū. ¶ Consequentia pro
batur quia deus cōfert alicui talem charitatem
creatam aut vult sibi eam cōferre immediate seu
primo absqz alio dono sibi preuolito aut non. si sic
igitur nunc acceptat eum ad talem habituz eadē
posset oratione eū acceptare ad vitam eternā pri
mo et immediate. ¶ Si vero dicatur q non tunc p
cederetur in infinitum sicut fuit illatum. ¶ Item
non videtur quin sicut Jo. et hieremias prius ex-
istentes nō charos acceptauit ad charitatem nul
lo alio dono preuolito ita etiam eos potuit acce
ptare immediate ad gloriaz nam quare non. ¶ Cō
firmatur nam scriptura clamat q deus preelegit
nos ante mundi constitutionem vt essemus sancti
Item q predestinauit nos conformes fieri ymagi
nes filij sui. Item de iacob et esau cum nondum
essent &c. quero igitur quare deus preuult da-
re gratiam suam isti et non illi omnibus tamen
aliis preexistentibus paribus ex parte vtriusqz si
propter formam preexistentem quam vult sibi da-
re et non alteri propter quam prehabitam place-
ret sibi dare gratiam et tunc sequitur processus
in infinitum vt supra si ideo quia nunqz producat i
eo gratiam vult primo et immediate cōferre gra-
tiam prius non grato nec charo et pro tempore p-
stituto hoc exequitur eo modo per omnia posset
immediate velle conferre gloriam prius non bea
to nullo alio dono sibi preuolito et postea pro tē-
pore prestituto sic exequetur. ¶ Itē sicut dicit do-
ctor subtilis quod est vltimum in executione est
primum intentione. ¶ Et ideo beatitudo est pri-
mum volitum illi cui confertur gratia. igitur nō
per gratiam acceptatur ad gloriaz sed magis ecō
uerso quia deus predestinauit eum ad gloriam.
ideo confert sibi gratiam et ideo cum gloria non
dependeat a gratia informante in aliquo genere
cause quia si in aliquo hoc esset in genere efficien
tis partialis et illam posset deus supplere non vi
detur q ad hoc q deus conferat non beato beati
tudinem oporteat precedere gratiam. ¶ Item vi-
detur q sicut contulit anime christi gratiaz et glo
riam ita potuisset anime Jo. sed si preacceptasset
eum secundum statum presentem ante sanctitatē
quam habuit ad gloriam sicut de facto fecit ad
gratiam ipse fuisset sibi charus et acceptus ad be
atitudinem et vitam eternam quia semel fruenti
deo beatifice non aufertur fruitio vel saltem non
oportet auferri: consequentia facta in minori pa-
tet per descriptionem chari et accepti suppositaz
igitur sine omni dono preuio. ¶ Contrariam ta-
men conclusionem tenet petrus de aureol. et eius
argumentum soluit okam di. presenti questione
prima. ¶ Argumentum enim suum inter alia dif-
ficilius est de transitu de contradictorio in contra
dictorium quia si deus acceptet istum et prius nō
acceptauit igitur hic est transitus de contradicto
rio ad contradictorium et per consequens est hic
mutatio aliqua et non in volitione dei igitur in
isto et sic habetur intentum. ¶ Respondet okam
Okam. q potest esse transitus de contradictorio in cōtra-
dictorium aliquando propter mutationem in al-
tero extremo sicut de facto aliquis primo non ac-
ceptus deo postea fit acceptus per gratiam sibi i
herentem. ¶ Secūdo modo propter mutationem
in alio quod est neutrum extremum sicut deus of-
fensus alicui propter preces alterius posset sibi
offensam remittere ipso non mutato ymo ignorā-
te ipso iuxta istum modum nūmus postqz nō erat
precium fit precium propter mutationem volun-
tatis instituentium. ¶ Tertio modo ad solam trā
sitionem temporis actualem vel potētialem isto
modo angelus de non conseruato fit conseruatus
ad solam transitionem actualem vel potentialem
temporis et sic etiam nummus fit precium in ali-
quo instanti vel tempore iuxta statutum regis.
¶ Et in oibus istis modis posset de potentia dei ab-
soluta primo non acceptus postea fieri acceptus
sine charitate supernaturali infusa quia deus iu
xta primum modum posset statuere q quicunqz
post peccatum mortale doleret de peccato remit-
teretur. et sine supernaturali forma infusa et qui-
cunqz ad annos discretionis perueniens diligeret
deum super omnia dilectione naturali esset in sta
tu salutis quod si faceret talis fieret de non acce-
ptato acceptus per solam mutationem ad actum
possibilem ex puris naturalibus et ita ad hoc nō
requireretur charitas supernaturalis. ¶ Simili
ter secundo modo fieri posset de non acceptato ac
ceptatus quia deus posset ordinare q si quis ora
ret pro eo daretur sibi vita eterna. ¶ Tertio mo-
tē per quā crimina cauē nō possumus nā multi p
ebrietatem ignorantes cōmittunt nesciunt quid
loquātur quia nimio vino indulgent. ¶ Ideoq̄ si
que per vinum deliquerant apud sapiētes venia
quidē debetur gloria. i. minor pena q̄ si ex certa
scia fecissēt. sequitur sed leuitatis dānātur aucto
res. Hec ille et intitulatur. Ambro. in libro de pa
triarchis igitur pari ratione de furiosis si excul-
pa incidant i furiā. Probat si nō hoc foret q: talis
non fiūt voluntarie ex deliberatione sed hoc non
sufficit quia nō omē peccatū ex voluntate fit sicut
habetur in principio supradicte. q. s. 15. Et proba
tur ibi per augustinum primo re. circa peccata a-
lia penes voluntatem tantum consistunt alia cir
ca infirmitatem nature ex voluntate peccata p-
cedunt que libero mentis arbitrio et delinquen-
di proposito cōmittuntur. Porro infirmitas alia
est animi alia ē carnis. Infirmitas animi ē ignorā-
cia carnis infirmitas est concupiā ex vtraq̄ infir-
mitate procedunt que imputātur ad penam nā de
quibusdā ignorantibus dicitur qui ignorāt igno-
rabuntur. ¶ Ex carnis infirmitate procedunt que
nature langore fiūt que nisi ad penā imputarētur
nequaq̄ apostolus lege carnis grauatus diceret
ego infelix hō. ¶ Siue igitur penes infirmitatem
siue voluntatem pctā cōsistāt semper imputantur
ad penā ideo nō videtur ꝙ factum in furia excusz
a peccato per hoc quod non fit voluntarie. Dices
forte ꝙ augu. intelligit de ignorātia affectata vł
que prouenit ex negligentia sciendi non autē de
ignorantia inuincibili. Similiter dices forte ꝙ fa
cta ex infirmitate si sint nō voluntaria nō sūt pctā
secundum ꝙ dicit augustinus in libro de vera re-
ligione et ponit i Canoē. ca. 2. vbi prius vsq̄ adeo
pctm̄ voluntariū malū ē. aut si nō sit voluntariū nul-
lomō pctm̄ ē q̄re āt negādū ē pctm̄ cōmitti aut fa
ciendum cum voluntate cōmitti. ¶ Contra primū
est illud quod habetur eodē ca. cū dixisset ¶ Si q̄s
ignorat ignorabitur addit tales erant illi de qui-
bus deus ait Apostolis extra synagogam faciēt
vos que et arbitrātur ⁊c. de eisdē etiā apostolis
scribit testimonium illis perhibebo quia zelum
dei hn̄t sed nō secundum sciam hec ibi ¶ Ecce hec
ignorantia nō solum fuit affectātium vel negligē
tium sed potius zelum dei habentium et ex tali ze
lo operantium que ignoranter fecerunt. ¶ Cōtra
secundum illa responsio nō sufficit nā posita dicta
auctoritate augusti. statim. Respondet Canon. s
hoc non generaliter de omnibus peccatis intelli
gēdum ē propter quod nō sint peccata nisi sint vo
luntaria. idē autē libro primo retractionū ostēdit
d. vsq̄ adeo peccatum ⁊c vt supra post zvideri hec
diffi. falsa ꝙ si excutiat inuenietur verissima pec
catum illud quippe cogitandum ē ꝙ tantūmodo
peccatum ē nō ꝙ pena peccati ē ¶ Et si obijcias g

illō quod ponit eodē ca. Cano. ꝙ diffinitio pecca-
ti ē hec peccatum ē voluntas reijciendi vel conse
quēdi quid iusticia vetat ¶ Unde liberum ē absti
nere et ponit in libello augu. de duabus aiabus
Respondet canō ibidē secundum augu. primo re-
tra. ꝙ vera ē ista diffinitio quia illud per ipsū dif
finitur quod tātūmodo peccatū ē et nō pena pec
cati. Probatur. 32. q. pria quēadmodum et intitu
latur augu. de adulterijs cōiungijs libro primo
sic dicitur non recte dici pōt si nescit hō nō peccat
sūt etiā peccata ignorātiū q̄uis minora q̄ scietiū
¶ Item lamech interficiendo caym nō excusatur p
pter cecitatem et ignorātiā vt patet vbi supra. 15.
q. pria meritoria. ¶ Item i potentia i quāquis ca
dit ex culpa sua nō excusat sicut patz per ansel. li.
prio. Cur de⁹ hō ca. 24 vbi declarat hoc de suo pra
uo precipitanti se in foueam vnde nullomodo exi
re possit ad faciendum opus sibi iniunctum a dn̄o
¶ Item motus brutales imputantur ad peccatū
dato etiam ꝙ caueri nō possint quia talis impotē
tia oriebat ex culpa igitur. añs patz per ansel. de
concordia ca 17. vbi dicitur siue primi motus siue
appetitus quibus propter peccatum ade sicut
bruta animalia subiecimus quos apostolus vo-
cat carnē et concupiscētiā quā inuitū se tolera-
re manifestat cū dicit ꝙ odio hoc facio. i. nolēs cō
cupisco satis cū dicit cōcupisco patet illos impu-
tari ad peccatū. ¶ Et si dicis ꝙ tales motus non
imputantur ad pctm̄ nisi consentiatur ipsis Con-
tra licet tales motus i baptismate i quib⁹ obliga
tio carendi eis remittitur non sint peccata mor-
talia nisi consentiatur ipsis tamē in alijs sunt. di-
cit enī anselmus vbi prius sunt cum paulus de il-
lis qui carnē. i. concupiā nolentes sentiūt ¶ Nil
nihil dānationis ē his qui sunt i xp̄o qui nō secun
dum carnem ambulant hoc ē nō volentes consē-
tiunt sine dubio signat eos qui nō sunt i xp̄o sequi
dānationē quotiēs sentiunt carnē etiā si nō secun
dum illam ambulant et subdit casum q̄re sic fact⁹
est hō vt eam sentire non deberet hec ille. Hic ad
presens dubium pono duas conclusiones. ¶ Pri-
ma ꝙ furiosus quandiu manet in furia quam in-
cidit ex culpa sua incorrecta ante furiā quicquid
fecerit peccat. i. est in peccato quo ad pctm̄
et ad obligationē ad penā in qua fuit cū i furiam
incidit quia stante furia nō ē compos sui vt peni-
teat et pctm̄ quod ex deliberatione fit sine penitē
tia non dimittitur sicut dicit augu. de fide ad pe-
trum et ponitur. 15. q. pria merito firmissime i quit
tene et nulla tenus dubites exceptis illis qui pro
xp̄i noīe sanguine suo baptizentur nullū hominez
accepturum vitam eternā qui nō a malis suis fue
rit per penitētiā fideq̄ conuersus et per sacramē
tum fidei. i. per baptismū ⁊ penitentiam liberat⁹
et maioribus quidē necessarium ē etiā de malis
suis penitētiā agere hec ille. ¶ Item ad hoc essēt
auctoritates multe quarto sn̄iaꝝ et alibi queren
de. ¶ Secunda conclusio ꝙ factum in pura furia
licet sepe sit peccatum vel initium seu actus deor
dinatus tamē nec in baptizatis nec in alijs ē pec
catum imputabile ad penā post hanc vitam etiā
quātūcūq̄ furia ex culpa sua incurratur. Proba
tur nullus carens vsu rationis nouiter peccat pl⁹
q̄ brutum occidendo vel aliter nocendo igitur cō
sequētia patet de se. ¶ Assumptum licet sit de se
euidens probari pōt per illud augustini vbi supra

dicentis paruulis quidē qui nec dum proprie vo-
luntate credere nec penitētiā pro facto quod ori
ginaliter trahunt agere possūt sacramentū fidei
quod est sacramentum baptismi quādiu rationis
eorum etas capax eē non potest sufficere ad salu
tem hec ille supple tu firmissime crede ¶ Et ad pro-
positum sequitur in proposito in decretis ex eo in
quit ꝙ i sine huius auctoritatis dicitur quādiu ra
tionis etas ꝛc. euidenter datur itelligi nulli post
baptismū pctā imputari si non sit adultus siue im
pubes et nisi rationis sit capax et cōsequēter ibiō
ostenditur per augustinum ꝙ simile est de huiuſ-
modi et de brutis aīalibus igitur sicut bruta pec
care non possunt ita nec carentes omnino vsu ra-
tionis nouiter dico ¶ Et si dicas ꝙ hec auctoritas
nō sufficit tibi quia dicit nulli post baptismum ꝛc
igitur nō habes de oībus sicut proposuisti Dicēdū
ꝙ hoc addit propter originale vl' propter alia pec
cata contracta anteq̄ amitteretur vsus rationis
quia non obstante carentia vsus rationis semper
imputantur nisi per baptismum quo ad alia fue-
rint relaxata. probatur in ca. merito. Dicitur si-
cut et intitulatur ibi textui. ff. d. certomodo de in
furiis et per cōsequēs ita respicit infideles sicut
xp̄ianos sane sunt quidā qui iniuriā facere nō pos
sunt sed solum pati vt puta furiosus et pubes qui
doli capax nō est ¶ Item eodē ca. i. mens alienato
corpore cum sui compos nō sit eorum que admit-
tit reatum non contrahit quia facultatē delibe-
randi nō habuit vnde pupillo et furioso homini i
maleficiis subuenitur vt nō eis imputentur ad pe
nā que ex mentis deliberatione nō processerunt
item super dicto cap. merito. Dicit apparatus ꝙ
omnino nescit quid facit vt puer ebrius et furio
sus nō peccat Sed dices ꝙ intendebat de illis qui
carent vsu rationis non ex culpa sua ¶ Cōtra hāc
distinctionem de alienatis mēte et ex culpa sua vl'
sine culpa recitat apparatus in principio. 15. q. i.
d. ꝙ quidā sic distingunt secundum hanc distinctio
nem nō admitto. q. d. indistincte furiosus non pec
cat ex facto in furia. ¶ Item in glosa di. 6. capi. i.
vbi tractatur de pollutione nocturna recitat opi
nionē que ex illo textu elicit ꝙ aliquis peccat in
dormitione ꝛ i furia et per cōsequens aliquis ne
sciens peccat mortaliter et venialiter et operat'
bonum et meretur vitā eternā quod nō est verum
vt dicit glosa ymo nullomodo peccat. ¶ Et si obii
cias per verba textus quibus innuitur ꝙ animus
contrahat aliquē reatum ex tali pollutione Rñ-
det glosa ꝙ pollutū in dormiēdo mēs nec rea est i
somno. nec rea post somnuꝫ sed tunc fuit rea quā
do se igurgitauit et post addit manifeste inquit.
Probatur ꝙ hō in somno nō peccat sed pri' pec-
cauit igitur similiter sic est i furia propter eādem
rationē. ¶ Ad primum argumentum contra secū-
dam cōclusionem dicti dubii Respondetur ꝙ talit'
iponenda est pnīa vt consimiles actus abhorreat
et etiā in terrorem aliorum Sed quid si nō ex cul-
pa sua incidit i furiā Respondet io. 15. q. i. Si de
insaniens dicitur ꝙ istis imponitur penitentia et
tamē nō deliquerunt et hoc fit ad cautellā nec di-
scipl ina ecclesie deferatur. Item di. 5. capi. eos q
non et ca. si quis dicitur nō voluntate sed casu ho
micidium fecerit prior Canō septem annis peni-
tentiaꝫ agere iussit secundus quinq̄ mādauit igr'
pnīa iniungitur alicui profacto i quo tamen est

Rñdet ad argumēta.

sine culpa cōtrariū tenet brix. i. apparatu ꝙ de fu
rioso hec iquit opinio nō est approbanda quia sa
tis ipso furore punitur. ¶ Ad secundum dicenduꝫ
ꝙ casu occidenti ē imponenda pnīa dū tamen cul
pa precessit casum. ¶ Contra extra de homicidio
ca. Significasti precipitur iniungi penitentia cle-
rico cuius equus inuito et nō potenti tenere iter
fecit mulierem. et ipse etiā nō iciuit prius vitium
equi igitur vbi nec est culpa in facto nec precessit
factum. ¶ Confirmatur quia ibidē super verbo cō
petentem dicit glosa leuis debet esse penitentia
vbi in culpa nō fuit igitur potest dici si certum est
ꝙ non fuisset in culpa non imponeretur sibi peni-
tētia vnde super verbo. ¶ Ad cautellam dicit glo
sa propter ambiguū duplicitati qu a credendum
videtur illi clerico dicendum ꝙ hoc esset in foro
conscientie sed non oportet in foro publico et ēt
hoc solet fieri pp ābiguitatē de negligētia, cōmis
sionis vl' omissiōis ꝛ vt etiaꝫ aliī caueant hmōi pe
ricula pōt enim aliquis puniri sine culpa sua sed
nō sine causa sicut declarat innocentius super ca.
grauē extra de sententia excōmunicationis et di-
cit ibiō ꝙ hoc est ad meritū illi' q sustinet si patiē
ter tolleret non tam ē credo vt prius dixi ꝙ in fo-
ro conscientie propter euētuꝫ talis infortunii vbi
inuenitur certitudinaliter quis ab oī culpa prece-
denti imunis ꝙ esset sibi iponenda aliqua penitē
tia nisi ille timeret se peccasse quod videretur ve
risimile. ex quo deo confiteretur. Ideo ad pacifi-
candā suam conscientiam scrupulosam crederē pe
nitētiā ei aliquātā iponendā cum instructione ta
mē debita de veritate. ¶ De foro autē publico iu
dicii propter duplicitatis ambiguitateꝫ et ad ter
rorem et vt talia et aliī melius caueant i futuruꝫ
expedit penas imponere competentes tamē. Si
queratur an in foro publico aliq̄s sit sine culpa pu
niendus Respondetur ꝙ nō regulariter quia hoc
esset peruersum et contra iusticiaꝫ vt frustra quo
rūdā voluntatibus suis quis priuaretur officiis
quē sua culpa vel facin' a gradu quo fūgitur nō
deiecit. 50. di. peruersum et per alia multa capitu
la ¶ Posset idem probari nā pena est mēsura ꝛ or
dinatio culpe. Unde in deutero secundum quāti-
tatē delicti erit plagarum modus et licet nō regu
lariter qñq̄ tamē sine culpa punitur li. 6. vbi hoc
notat. io. mo. et io. andree causa autē solet his ver
sibus denominari paupertas odiuꝫ vitium fauor
et zelus ordo personas spoliant et loca iure suo
paupertas vt cum vniuntur due ecclesie tunc alte
ra amittit dignitatem suam 4. q. 3. vnio. 6. ca. i.
temporis odium ciuium interficientium epm sui
extra de penis feliciter li. 6. vitium. s lepre extra
de clerico egrotante tua et ita posset probari de
aliis i directorio iur. s. tabule io. 5. hysodor retro
de penis ca. 19. pro residuis nec miruꝫ si aliq̄ ex cā
non ex culpa sua punitur Quia aliq̄ vnus punitur
pro alio nō quidē pena eterna qi de hac dicit scri-
ptura filius non portabit iniquitatē patris ꝛ hoc
intelligitur de pena sensus. nā pena damni paruu-
li puniuntur eternaliter pro peccato ade tamē ēt
habent peccatum proprium secundum anselmum
pena vero temporalis quedā est corporalis et ta-
li sepe punitur vnus pro alio quedā spiritualis
et illa ē q̄drupl ex quedā excōicatio ꝛ ista nulli' pu
nit pro alio. 24. q. 3. ¶ Si habes secunda interdi
ctum loci tertia remotio ab oblatiōibus quarta

Nota ꝙ nūq̄ vn' punit pro alio eternalit' pena sēs' licꝫ bñ pena dāni.

repulsio ab ordinibus vt marcus repellitur quo ad hoc propter delictum vxoris. ¶ Istis trib⁹ modis vnus punitur pro alio sine sua culpa sed non sine causa. ¶ Ad secundum de ebrijs dicendum est per omnia sicut ad primum q̄ i plena ebrietate nō peccant licet habeant crimē ebrietatis annexum ¶ Notandum per penitentiā emēdatum et impo nit grauior penitentia q̄ pro sola ebrietate vt melius caueat ebrietatē et homicidium. Unde apparatus super illud damnantur leuitas auctores. i. qui sunt nimis faciles ad inebriandum se et sequitē aliū intelligunt q̄ nō punitur pro eo quod ebrius fecit sed tantum pro eo q̄ leuis erat ad inebriādū se. ¶ Similiter dicetur si ebrius peccaret per incestum sicut p3 de loth. 15. q. 1. si cōcupiscētia et intitulatur augu. contra faustum. lib. 2. vbi dicitur q̄ ipse culpandus erat nō tamē quātū ille incestus s3 quātum ebrietas meretur. ¶ Respōdendum sicut prius. ¶ Et dicit apparatus super illo verbo non tamē quātum. i. nō precise punitur pro incestu s3 etiam pro ebrietate vel aut nō punitur quātum incestus meretur scilicet si esset cōmissus ex deliberatione ¶ Aliū dicunt q̄ nullomodo punitur pro incestu s3 tm̄ p ebrietate: 3 ebrietas tm̄ erat perinvent ole hec ille. Etiā ibi dicit glosa q̄ loth nō erat olo nesciēs natura cū nō patit q̄ aliqs nesciēs coeat sed dicitur nescius quia nesciebat eē filias credebat cū eē vxorē suam. ¶ Ad tertium conceditur consequētia. ¶ Ad augu. dicitur q̄ peccata que sunt ex infirmitate nature etiā sunt voluntaria. Un de cōcupiā ex fomite procedens nō imputatur ad nouum peccatum sed etiam pertinet solū ad originale vbi nō cohibeaf cum possit tunc cū interpretatiue vel voce est voluntaria. Dices quare apostolus dixit infelix ego hō 2c. ¶ Respondetur q̄ propter deordinatione3 concupiscētie tū quia nemo pōt ola pctā vitare saltem venialia ad que inclinat fomes concupiscētie tū hō h3 timere casū imortalē. ¶ Ad auctoritates augu. de pctō q̄ ē pena peccati. Dicendum q̄ ille pene que sunt cōmunes nobis et nō sunt voluntarie nec vere nec interpretatiue dicuntur peccata vocando peccatum vitium nature vel deordinationem contra statum primordialem hominis et etiā sunt imputande imputabilitate peccati originalis ad penā dāni sed nō sicut noua peccata imputabilia ad penā sens⁹. De iudeis dicitur q̄ habebant zelum sed ordinatum sine discretione quā tenebātur habere vt nō agerent tam grauiter contra proximum nisi sufficienter essent certi de culpa ipsius et etiā de proprijs motibus mouebantur saltem simpliciter ita libidinose ad mortem xpi q̄ veritatē nō agnoscebant vnde et dixerunt sanguis eius super nos 2c. non obstantibus maximis miraculis sibi notis satis etiam erat rumor i populo perueniens vsq3 ad pilatum q̄ ex liuidia maiores eorum conspirauerunt contra eum et ideo non debeant tā leuiter conferre maioribus. ¶ Et si arguitur aliquis peccat nolens p3 per augustinum 2 ponit. 15. q. 1 merito ¶ Queritur que sunt peccata nolentiū an que a nescientibus cōmittuntur an etiā recte possit dici peccatū nolentis quod facere compellitur. ¶ Et probatur ibi q̄ secundomodo et hoc contra voluntatem dici solet Respondetur per decretum ibi et augustinus q̄ qui copulius peccat volūtarie pec cat quia vult aliquid propter quod consentit facere illud quod ē peccatum. Unde dicitur ibidē s3 vtiq3 vult propter quod facit tāq3 si iurare nollit quod tm̄ facit cum vult viuere si quisq3 nisi fecerit mortē minet vult tm̄ facē q2 vult viuē 2 oster optime docet qualiter per se vult viuere et p con sequens falsum iurare et concordat processus phi tertio ethicorum de proūcētie merces i mari vn de et infert. Ideoq3 nec per seipsu3 appetitur falsum iuret sed vt iurando viuat et eodēmodo dicit q̄ nemo vult per se peccare nā si diligenter inquit inspiciatur forte ipsum peccare nemo velit sed propter aliud propter quod voltum peccant omnes homines quippe qui scienter faciunt quod nō licet vellēt licere vsq3 adeo peccare nemo appetit propter hoc ipsum sed propter illud. Ex quo sequitur et ibi notat apparatus q̄ hec argumētatio nō valet volo hoc igitur volo omē illud quod sequitur ex illo. Unde ille vult fornicari igitur ille vult dānari nisi intelligas indirecte et per cōsequētiā Et ibidem tam in textu q̄ in glosa vide plura de hac materia. ¶ Ad quartum dicit apparatus q̄ intelligit de nesciente qui negligit scire vel de ignorantibus ius vel q̄litatem delicti scientibus tamen factum sed nullomodo scirent vt infans vel furiosus nō peccarent Item 15. q. 1. merito super verbo nescientiū m dicit. ¶ Apparatus quia varijs modis dicitur quis nescire qui non scit illud quod facit eē peccatum vel nō scit tantum eē peccatum quantum est et talis nesciens punietur si cet nō adeo grauiter et exemplificat. 14. q. 5. forte ¶ Item dicitur scit id eē factum sed nescit quātitatem facti et talis quādoq3 punitur si errat in tu re. ¶ Sed nō punitur cum solum errat circa factū ipsum vt si quis volens interficere leonē occurrit defendere casu interficit hominem. ¶ Item dicit nescire qui omnes nescit vt puer ebrius furios⁹ et talis nō peccat. ¶ Ad quintum dicendum q̄ nō est simile de cecitate rationis et oculi corporalis Unde verum est q̄ lameth nō excusatur a peccato propter cecitatem quia fecit scienter quod facere nō debuit. vnde addit ibi canon q̄ cecitas est ā milia ignorātie ex vtraq3 cū quedā sunt que tm̄ putantur ad penā quedā vero que minime ¶ Secus cū si debitum sue vxori se credēs reddere alienā polluit non ē reus adulterij. ¶ Sed cum ludo vel exercitatione virium vel venatione iacula mittens perimat quis hoc alienum ab eo omnino eē debet homicidū reus erit hec ille. ¶ Sed secus ē de mente alienata furore vt subdit vt supra habitum ē. ¶ Ad sextum dicendum q̄ i potentia non le nigat in aliquo culpā per quā inciditur in impotentiā nec excusat non reddentē debitum a peccato voluntarie perpetrato quo incurrebatur impotentia nec etiā ista impotentia i aliquo excusat illud peccatum quo voluit non reddere sed impo tentem se facere sed excusat ne omissione tempore impotentie sint noua peccata punibilia dum tamen illo tempore non voluntarie sed displicibili ter quis omittat. ¶ Secus est si perseueraret i vo luntate non faciendi vel incurentia gr̄e quā tene retur habere vnde nec adā totiens peccauit quotiens nō fecit quod primitus facere potuisset vel debuisset nec nos etiam. Unde si q̄am quis non habeat tunc totiens peccat quotiens de mediate tenetur aliquid facere vel implere velle non quia non habet sed q2 p eū stat qō nō h3 q2 nō dat operam

Ad secūdū

Nota dis q̄ sūt p cos ctiones An sint volūta ria an inuo lūtaria.

Ad quartū

Ad quintū

Ad sextum

Ad.7. faciendi ad habendum gratiã dei. ¶ Ad septimuʒ.
dicitur ꝙ illi motus quibus non assentit nec vere
nec interpretatiue imputant ad nouũ peccatũ pu
niendum post hanc vitam nec fideli nec infideli sʒ
ad peccatũ originale. ¶ Sed cum anselmus dicit
eos qui non sunt in xp̄o totiens sequi dãnationẽ
ꝛc. dicendũ ꝙ homo totiens tenet ex gratia resiste
re talibus motibus vel ipsos repugnare ꝙ quia
non facit infidelis cũ desit gratia que deberet ha
beri non facit quod facere vel si facit nõ tamen eo
modo vel ex eo principio quo facere tenet quia ꝑ
eum stat ꝙ illud principium suoꝝ operum delibe-
rate ab eo ꝓcedentiũ non habet ¶ Et ideo regu-
lariter totiens nouiter peccat si vtatur ratione ꝓ
tunc quotiens huiusmodi motus sentit siue refre
net eos siue non. non quia tunc habet illos sed qꝛ
ex gratia non regulat illos vel refrenat sicut ex p-
Ad scd'ʒ du cepto dei obligatur. ¶ Ex his patet ad secundum
biũ princi- dubium ꝙ non tenetur dolere qui occidit hominẽ
pale rñdet in furia qꝛ tunc peccauit quando occidit sed qꝛ ex
peccato quo incidit in furiã euenit. ¶ Et ideo pro
pter illum euentũ malũ tenet grauius dolere de
illo peccato. Item si incidisset furiam nõ ex culpa
sua adhuc tenetur dolere de morte tali ꝓximi ex
charitate qua obligatur proximum diligere quia
si alter sic occidisset ex tali infirmitate. s. furia te-
netur alteri compati tam de infirmitate ꝙ de mi-
sero euentu igitur multo fortius sibi ipsi. ¶ Et ita
concedenda est conclusio ꝙ aliquãdo aliquis ma-
gis tenet dolere de non peccato ꝙ de quodam qđ
est peccatum nec mirum cum ex precepto nature
teneor plꝰ tristari de morte infortuita patris mei
ꝙ de hoc ꝙ peccaui per vnum verbum iocosũ vel
aliquid simile licet secunduʒ sit peccatũ nõ primũ
nam primum ex dei precepto dolere de secundo nõ
sic. ¶ Unde non dolere de primo esset dignuʒ dãna
tione eterna non sic nõ dolere distincte de vno ve-
niali leui. ¶ Ad anselmuʒ dicit concedendo ꝙ nec
pro vita propria nec pro mille modũ nec etiam ꝓ
deo preseruando ab annichilatione ymaginabili
deberet homo facere minimum peccatum venia-
le quia repugnantiam includit hominem debere
peccare qꝛ quod est debitum est licitum ꝛ per con
sequens non est peccatum. Sed ex his non sequit
ꝙ de tali commisso debeat plus dolere vel tantuʒ
sicut ex charitate teneret dolere si proximus vnuʒ
graue infortuniũ incurrisset multo fortius si ego
ipse. ¶ Aliter respondetur ad dictum dubium ne-
gatiue ꝙ de quolibet peccato veniali teneor habe
re dolorem ꝛ displicentiam tantã ꝙ non vellem ip
sum deliberate cõmittere pro vitanda annichila-
tione prima vel quocũꝙ ymaginabili infortunio
quod non est peccatum siue proprio siue parentuʒ
siue quorũcũꝙ proximorũ vel infinitorum mundo
rum si essent igitur displicentia de peccato venia-
li secundum totam suam speciẽ est incomparabili
ter maior ꝙ alia displicentia quaʒ teneor habere
de morte parentum. ¶ Item de peccato teneor do
lere per se per absolutam displicentiaʒ non sic aũt
de morte parentuʒ vel de infortunio proximorum
vbi non est peccatum quia nulluʒ preceptum obli
gat me ꝙ debeã velle aliquid tale simpliciter non
esse vel nõ fuisse sed bene obligor ad pietatẽ qua
vellẽ si deo placeret parentes meos viuere vt eis
debitos honores impenderem et qua vellem ꝙtũ
in me est cauere malum proximi vel auferre ma-
lum ab eo si deo placeret. ¶ Item si memor pecca-
ti venialis vellem deliberate nõ dolere de ipso tã
grauis esset cõtẽptus ꝙ merito mihi per hoc de-
betur pena eterna sʒ sic non est de aliquo quod nõ
est peccatum quia nullum tale teneor velle abso-
lute non esse. ¶ Item de furioso qui venit ad furi
am in peccato mortali aliqui concedunt ꝙ peccet
occidendo vel aliquid consimile faciẽdo. ¶ Et ad
augustinum et ad alia que adducuntur pro secun
da conclusione prius posita dicendum est ꝙ intelli
gi debent de illis qui in charitate existentes vene
runt in furiam et etiaʒ de naturalibus fatuis qui
post baptismum semper seruant gratiam baptis-
malem ¶ Item de furiosis qui sunt ĩ peccato mor
tali. ¶ Dicendum ꝙ ea que faciũt in furia impu-
tantur eis culpabiliter saltem si ex culpa sua ĩ fu-
riam inciderunt non quidẽ ꝙ tales actus precise
ex modo quo tunc fiunt et de per se sint culpabi-
les quia tunc fiunt quasi modo brutali. Sed ex cõ
nexiõe ad culpam precedentem ꝛ ideo dicũtur cul
pabiles ex ante. ¶ Sic etiam dicuntur liberi ꝛ vo
luntarij et liberi añter sed non concommitanter
¶ Ad primum principale dicitur ꝙ tale optare an Ad.1.
te charitatem non est meritorium sicut supponit
questio. ¶ Ad secundum concedo ꝙ de lege com- Ad.2.
muni nullus potest meritorie operari ex maxima
charitate sua sed ex hoc non sequitur quin mereã
tur ex parte charitatis sue ex illa scilicet tota par
te que est comprincipiũ sui meriti. Ita solutio vi-
detur supponere ꝙ sicut actus successiue product
tur ita charitas successiue debetur hoc tamen est
dubium quia quis scit vtrũ in aliquo instanti ter-
minante partem actus vel totum illum actũ cha-
ritatis noua infundatur etiaʒ stante ꝙ successiue
fiat posset dici ꝙ quolibet instanti dato quãdo fit
ille actus tota charitas que tunc est causat secun
dam partem et sic consequenter de omni parte di-
citur ꝙ aliqua tota charitas et maxima in isto ho
mine causauerit eam si autẽ actus fieret in instan
ti tunc solutio prius data esset plana ¶ Ad tertiũ Ad.3.
patet ex dictis de pietate naturali residuas q̃stiões
huius materie de augmentatione formarum que
re in principio secundi.



Circa distictioneʒ

trigesimam tertiam primi
vbi queritur. Utrum ꝓprie
tates personarum diuinaꝝ
sint ipse persone et sint etiã
ipsa diuina essentia diuina
Quero primo ꝓ hac mate
ria et pro secũda distinctio-
ne primi et pro multis disti
ctionibus tertũ in quibus agitur de incarnatione
persone vnius sine alterius incarnatione. Utruʒ
deus essentialiter vnus sit personaliter trinus ꝙ
non quia tunc viderentur contradictoria verifica
ri pro eadem re. ¶ Si enim deus est trinus perso-
naliter et pater non est trinus personaliter tunc
ista contradictoria esse trinum personaliter et
non esse trinum personaliter verificarentur pro
deo ꝛ patre sed deus ꝛ pr̄ sunt vna res igr̄ ꝓ eadẽ
re verificarent ꝯdictoria. ¶ Item tũc natura ꝑsona
diuina eẽt sũme simplex ꝑ̄ns ẽ falsũ ꝛ cõtra Ma.

et contra sanctos vt p3 di. 8. primi libri. Cōsequen
t e ꝓbatur qr persona prima deitate sua cōuenit cū
aliis personis ꝛ deitate nō distinguit ab eis si sint
tres persone realiter distincte sicut supponit veri
tas questionis igit pater cōtinet i se aliqd cū quo
conuenit cū personis aliis ꝛ aliqd quo nō conue-
nit cum eis pater igitur non est omnino simplex.
¶ Ad oppositum io. in canonica sua tres sunt qui
testimoniū dant ꝛc. ¶ In ista q̄stione soluenda pri
mo p̄mittenda est veritas fidei circa hāc materiā
supposita ꝛ si qd dicerem repugnās ex nunc habeo
pro irrito ꝛ retracto. ¶ Secūdo sunt aliq̄ cōclusio
nes declarande. ¶ Tertio aliqua dubia mouēda
ꝛ soluēda. De primo dicendū ē q̄ scdm̄ fidem ca
tholicā tres psone realiter inter se distincte sunt
vere vn9 de9 sicut patet i symbolo athanasii. ¶ Si
militer extra de summa trinitate et fi. ca. capi. fir
miter ꝛ ca. dānam9 vbi inter cetera recitata opi-
nione Ioachi qui appellauit Ma. petrū hereticū
in tractatu edito cōtra ipm̄ de vnitate trinitatis
pro eo q̄ magister petrus dixit in sentētiis suis q̄
quedā sūma res est pa. ꝛ fi. ꝛ. ss. ꝛ illa nō est gene-
rans neq3 genita nec ꝓcedens ex hoc petro ipōnēs
q̄ in diuinis posuerit nō solum trinitatem s3 etiā
quā trinitatē ve3 tres psonas ꝛ illā essentiā quasi
quartā in hoc protestās. ¶ Ioachi. s. q̄ nulla ē res
que sit pater ꝛ fi. ꝛ. ss. nec essentia nec substātia nec
natura quāuis concedat ecōtra q̄ pater ꝛ fi. ꝛ ss.
sunt vna essentia vna substantia vna q3 natura vni-
tate collectiua et similitudinaria sicut multi ho-
mines sunt vnus populus ꝛ sicut multitudinis cre
dentiū erat vnū cor ꝛ anima vna ꝛc. hac igit opi-
nione recitata sequit ecclesie diffinitio in hec ver
ba Nos autē sacro ꝛ vniuersali approbāte consi-
lio credim9 ꝛ confitemur cum petro lombardo q̄
vna quedam res est incōprehēsibilis q̄dē ꝛ ineffa
bilis q̄ veraciter ē pater ꝛ fi. ꝛ ss. tres psone ac si-
gillatim q̄libet ea3. Et ideo in deo solummodo ē
trinitas non quaternitas ꝛ ibidē dicit q̄ illa res
1. cōclusio. non est generans ꝛc. ꝛ q̄ pr̄ est ali9 a filio nō tamē
aliud. ¶ Ista suppositis sicut fundamētis fidei in
hac materia. Dico primo q̄ diuina essentia non di
stinguit realiter a psona ita q̄ essentia non sit per
sona vel non sit res q̄ est persona vel econtra. Pro
batur distingui ab aliquo scdm̄ cōmunē acceptio-
nem termini est esse aliquid in se et non esse idē et
a quo ponitur esse distinctum quod simpliciter ē:
sed essentia diuina scdm̄ premissa fundamenta est
quelibet personarum igitur a nulla distinguitur.
Probatur si essentia distiguitur ab aliqua psona
eadem ratione a qualibet: ꝛ tunc vel totaliter sic
q̄ non sit persona nec pars alicuius persone et tūc
erit quaternitas in deo contra predicta vel esset
pars persone et tunc deus nō esset summe simplex
contra capitulum firmiter credimus. ¶ Ubi dici-
tur q̄ vnus solus est verus deus pater et filius et
spiritussanctus tres quidem persone sed vna essē
tia substantia seu natura simplex omnino ¶ Et si
forte dicis q̄ substantia patris componit cum ali-
qua parte que non est substantia scilicet cum pro-
prietate personali tunc esset ibi compositio ꝓprie
tatis et subiecti cuius oppositum dicit glosa ordi
naria super illud simplex omnino notans q̄ mul-
tiplex est compositio scilicet partis ad partem in-
tegralem vel proprietatis ad subiectum vel for-
me ad materiam vel econuerso et ideo dicitur sim

plex omnino. ¶ Quolibet sensu hec glosa. Item si
sic tunc ibi esset eternitas rerum scilicet essentie
et trium proprietatum personalium quarum que
libet vere componeret cum ea constituendo per-
sonam hanc vel illā. Et hoc improbat opinio hen
ri. qui posuit vnam relationem personalē vel rea
lem in diuinis constituentem personam cum essen
tia plus differre ab essentia q̄ a relatione consti-
tutiua alterius persone. Probatur p capitulū au
gustini. xi. de ciuitate capitulo decimo. Ideo dici
tur simplex deus quia est quicquid habet. Item
nunq̄ pars est suum totum sed secundum decretū
essentia est quelibet persona diuina igitur essētia
non est pars persone. pigam tamen qui non ponit
eam constituere non incurrit compositionem per- Pigam.
sonarum sed alia inconuenientia scilicet q̄ illa re
latio vel esset deus q̄ non quia secundum eum nō
est perfectionis entitatis q̄ entitas in oculo vel
non et tunc non solus deus eternus vel necesse eē
ꝛ sic de multis aliis non tamen vitat compositio-
nem per se ad relationem sed cōpositionem ex re-
latione. ¶ Item secundum sanctos deus propter
summam simplicitatem est quicquid habet eo q̄
vna persona habet istam et non est ista quia pro-
ducens non est illud quod ab ea producitur que-
libet autem persona diuina producit alia3 vel ab
ea producitur. Item regula anselmi et sanctoru3
est q̄ in diuinis omnia sunt vnum vbi non obstat
relationis oppositio inter producens et productū
sed inter personas et essentiam nulla est talis re-
lationis oppositio quia nec essentia producit per
sonam nec ab ea producitur secundum decretalē
predictam. ¶ Secunda conclusio essentia diuina 2. cōclusio.
non realiter distinguitur a proprietate personali
siue ista sit relatio siue aliquid aliud. Probatur
per secundam tertiam et quartam rationes ad p̄-
cedentem conclusionem. Item ad istam conclusio
nem arguit okam distinctione secunda primi que- Okam.
stione secunda sic si relatio seu proprietas et essen
tia distinguuntur quero igitur aut proprietas ꝛ es
sentia sunt vna res aut nō. si sic igitur vel illa res
vna est eadem conuertibiliter et adequate cu3 es
sentia sicut essentia sibiipsi aut non si sic igitur si-
cut aliqua res non distinguitur realiter a relatio
ne ita nec ab essentia si autem ista res non est ad-
equate eadem cum diuina essentia vel igitur di-
stinguitur ab ea realiter. Et tunc arguitur de il-
la re et essentia vt prius de essentia et proprieta-
te seu relatione. Aut sunt vna res indistincta aut
non et sic in infinitum vel non distinguntur ab ea
realiter et eadem ratione standum erat in princi-
pio q̄ essentia non distinguitur realiter a relatio
ne nec econtra quod est propositum. secundum au
tem membrum principalis diuisionis non prose-
quitur ex aduertenda forsan et tamen istam par-
tem daret aduersarius si consequenter diceret.
¶ Sed contra partem istā argui potest quia si nul
la res vna sic realiter tam essentia q̄ proprietas
tunc quero cum okam di. 33. primi aut sunt eque
perfecte vel vna est perfectior alia ¶ Si primum
non est maior ratio q̄ vna illarum sit deus q̄ alia
igitur vel neutra istarum erit deus vel vtraq3
erit deus ¶ Si secundum igitur altera est im-
perfecta, et cum vtraq3 istarum sit de essentia per-
sone psona diuina resultaret ex pfecto ꝛ impfecto
ymo eo ipso psona esset iperfecta qr constitueret

ex imperfecto ymo vtrūqȝ eius constitutiuū esset imperfectū qꝛ quicqd agit cū imperfecto ad constitutionem alicuiꝰ vere ꝛ per se vnius ē imperfectū cōsequens autē non est sanus igit nec aīs nec valet instare ꝙ per istud argumentū ꝓbaretur ꝙ due persone sūt duo dij qꝛ aut sūt eque pfecte aut vna est pfectior alia ꝛc. ¶ Patet em̄ ꝙ non ē simile qꝛ licet neutra persona sit alia tamen scđm veritatē alia res vna simplex ꝛ indeterminata ē realiter ille persone ex decretali supra posita ꝛ si ita esset in ꝓposito argumētū nō valeret sicut nec valet de istis si illa vna res simplex esset oēs psone. tunc em̄ due psone distinguerent inter se sicut duo hoies ꝛ duo aīalia. ¶ Item tūc deitas nō esset persona nec econuerso qꝛ nunq̄ pars est suū totum nec resultans seu constitutū ꝯns est contra magistrū ꝛ contra auctoritates quas ꝓ se allegat hic di. 33 Probat si essentia ꝛ relatio distinguunt realit hec esset simpliciter falsa pr. fi. ꝛ. ss. sunt vnꝰ deꝰ quia quero ꝓ quo staret ille terminꝰ deꝰ aut ꝓ essentia aut pro persona. aut proprietate siue relatione. si pro essentia igit cum tūc pater nō est essentia igit falsa esset illa ꝓpositio pater ꝛ fi. ꝛ. ss. sunt vnꝰ deus vna essentia nec ꝓ persona nec ꝓ ꝓprietate vt pater de se. ¶ Confirmat qꝛ nō potest dici ꝙ pater fi. ꝛ. ss. sunt vnꝰ deus nisi propter ydēptitatē diuine essentie in eis sed hoc non sufficit qꝛ quātūcunqꝫ in diuersis ꝯpositis esset eadē materia scđm numeru nunq̄ ꝓpter hoc essent aut dici possent vnuȝ cōpositū igit eodē modo si essentia realiter distinguitur a proprietate personali nō propter solam ydemptitatem essentie in personis poterunt dici ꝛ res psone vnꝰ deus. ¶ Item videtur ꝙ non possit tunc vitari quin persona sit vere cōposita qꝛ quando in aliquo concurrunt aliqua realiter distincta q̄ faciunt per se vnum illud necessario ē compositum nec infinitas essentie hoc posito excludit ab aliquo cōpositionem nisi ista infinitas ydēptificet sibi realiter ꝓprietatē cū qua ponitur cōstituere ꝑ se vnum hec iste in sententia. ¶ Itē si aliqua inter se realiter distincta cōstituerent psonā vel illa distinguūt essentialiter vel psonaliter. ꝯña tenet qꝛ omis ydemptitas i diuinis possibilis assignari ē essentialis vel psonalis igit ois distinctio realis opposita ydemptitati reali videtur eē vel essētialis vel personalis non personalis qꝛ si essentia et proprietas distinguuntur personaliter igitur due psone in vna persona realiter distincte essent in diuinis et sic ad minꝰ essent ibi quattuor persone nec essentialiter qꝛ nulla in diuinis essentialiter distinguuntur quia nec psone quarū distinctio maior ponitur in diuinis. ¶ Tertia cōclusio ꝙ essentia ꝛ ꝓprietas non sunt in eadem psona distincte formalitates eiusdē rei ita s. ꝙ sint vna res nō tamen eadem formalitas sed multe formalitates ex parte rei vel perfectiones ꝛ formales rōnes distincte vl' modi reales eiusdē rei a parte rei distincti vel distincte quidditates vel quouis alio nomie appellentur. ¶ Probatur si eadem sit realitas seu res essentia ꝛ proprietas psonalis sed alia ꝛ alia formalitas huiꝰ et ipsius in ipso deo vocetur realitas essentie. a. formalitas eius. b. formalitas proprietatis. c. tunc quero vtrum a. ꝛ. b. sunt omnimode idem a parte rei sicut. a. sibiipsi ꝛ. b. si ipsi vl' non si sic igitur pari ratiōe. a. ꝛ. c. sunt omnimode idem tunc sic. a. est. c. igitur quod ē omnimode ex

3. cōclusio.

conuertibiliter idem ipsi. a. est. c. sed. b. est sic ideȝ ipsi. a. igitur. b. ē. c. igit hec formalitas est ista et econtra igit non sunt distincte formalitates si igit a. et. b. non sūt adequate idem igitur sicut a capite sequendo fantasiam de pluribꝰ formalitatibus eiusdem rei vel modis realibus vel quidditatibꝰ vel rationibus formalibus vel quouis nomie appellentur sequit ꝙ aliqua erit formalitas talis seu modus talis realis realitatis ꝛ ipsius formalitatis de ipsa formalitate essentie ꝛ de formalitate realitatis essentie quero vt prius aut est oimode idem ex parte rei illi realitati aut non si sic arguitur vt prius si non processus in infinitum. ¶ Dices forte ꝙ. b. non est omnimode idem cū. a. nō tm̄ propter hoc dabitur alia formalitas ipsius a distincta. a. b. quia sufficit ꝙ. b. formalitas essentie distinguitur formalit ab. a. s. a realitate essentie siue hoc ꝙ dentur diuerse formalitates ex parte essētie. Sed hec respōsio nō sufficit tm̄ qꝛ cōuenientiꝰ esset sic respōdisse a capite de ꝓprietate psonali et essentia. s. ꝙ nō habent distinctas formalitates et tamē distinguunt formaliter ab. a. s. a realitate essentie siue hoc ꝙ dent diuerse formalitates ex parte essentie: tu qꝛ illi cōtra quos ponit hec cōclusio nesciunt vt fatentur videre ꝙ a. et. b. possint distingui formaliter quin sint distincte formalitates et ita de similibus ad. a et. b. nec etiaȝ ꝙ. a. et. b. sint et non sint idem quin sint distincte formalitates igitur secundum istos si formalitas realitatis essentie distinguitur realiter a realitate cuius. a. ē formalitas istius realitatis est vna infimior vel prior formalitas distincta a prima data scilicet ab essentie propria formalitate et procedit vt prius absqȝ statu. ¶ Concedo igitur absqȝ hesitatione aliqua ꝙ essentia et proprietas personalis patris non plus sunt formalitates inter se distincte q̄ distincte res cum igitur non sit concedendum ꝙ propietas personalis sit res distincta ab essentia diuina igitur nec est formalitas ab ea distincta.

¶ Quarta conclusio ꝙ essentia et proprietas personalis queqȝ non formaliter distinguuntur quia illa que non distinguuntur non distinguuntur formaliter nam ex opposito sequitur oppositum cum ly formaliter non sit determinatio distrahens vel diminuens. ¶ Circa quod sciendum est ꝙ aliquid esse formaliter tale potest multipliciter itelligi ad omnem vsum loquentiū. Unomodo vt sit idem ꝙ per se primo modo esse tale vel istud sicut formaliter homo est animal vel animatus et in isto sensu sumitur communiter a scoto et okam et aliis bene vtentibus terminis ꝛ in isto sensu ego vtar pro maiori parte. ¶ Aliomodo sumitur prout distinguitur contra esse tale solum causaliter et virtualiter et sic de similibꝰ et ita dr̄ ꝙ sol est calidus non quidem formaliter sicut ignis sed causaliter vel virtualiter. Tertiomodo sumit diminutiue scđm vsum aliquoꝝ ita ꝙ sit idem dicere hoc distinguit formalit ꝛ dicere ꝙ hoc scđm qd ꝛ nō simpliciter distiguit ab isto ꝛ istū sēsū ponit scotꝰ i qōne ista de hac materia q̄ vocat logica sco. ꝛ albertꝰ i additionibꝰ scoti sup primū sententiarum di. 33 q. prima. Quartomō sumit formalit a iectiue co mō q̄ dicit sco. in primo li. di. quinta assignando causam quare essentia non generat ꝙ verba adiectiua si predicantur de necessitate predicantur formaliter quia ex hoc ꝙ sunt adiectiua vel denomiatiua

4. cōclusio

Quattuor modis sumit formaliter.

dicuntur de subiecto p modū informātis ꝛ ita for
maliter ꝛ isto mō scdm eū ꝛ scdm veritatē essētia
nō est generās pdicato sumpto adiectiue sed sum
pto substantiue. ¶ Ex hoc pꝫ pbatio pcedēs qꝛ si
ly formaliter sumat primo mō non est determina
tio diminuēs nec distrahēs ꝛ ita optime sequitur
formalit distigunt igit distigunt nec etiā distingū
tur simpliciter nec scdm qd. pbatio relatio ē essē
tia ꝛ ecōuerso vt pri⁹ pbatū ē igit nō distigunt pꝫ
igit qꝫ nō distinguitur formalit pmo vel tertio mō
pbat si distiguūtur quātūcūqꝫ parū opꝫ assignare
aliqua duo vł plura q sic distigunt. ¶ Et etiā que
rā q duo vel q plura si duo modi si due formalita
tes ꝛ sic de alijs iprobatū ē p tertiā ꝯclusionē ita
eīm qrebāt infideles a fidelib⁹ dicētib⁹ tres sūt q
testimoniū dant i celo q tres pbat tūc psona diui
na vel de⁹ videret min⁹ necesse eē q deitas qꝛ cō
positū videt min⁹ eē q sua pricipia qꝛ scdm cōmē
tatorē. 12. metha. cōmēto. 39. scdm opinionē q po
nit i deo dispositiōes additas essētie dubiū nō esse
accidere cōpositioni ꝛ ꝯpositū eē nouū nisi dicant
aliqua cōponi p se ꝛ talia exirēt de potētia i actū
per se ꝛ mouerent sicut motores p se etiā scdm aui
cenā oē necesse eē ē simplex oīno ꝛ nō icludēs i se
plures intētiones. ꝛc. ¶ Sꝫ pprietas ex qua cōsti
tuitur psona si distinguit q̄tūcūqꝫ parū ab essētia
nec est ita pfecte nec ita necesse eē sicut essētia qꝛ
quātū distiguit ab essētia tm̄ deficit a sūma neces
sitate essēdi istud pꝫ qꝛ sūma necessitas essēdi aut
est eadē essētie vel nō: si sic igr sicut paternitas di
stinguit a deitate ita ab illa necessitate si non ad
huc illa necessitas essēdi sūme ē eadē i omib⁹ pso
nis ꝛ pꝯñs per eadē motiua p q pbaret qꝫ pater
nitas distinguit a deitate eq pbat qꝫ distinguitur
§.cõclusio. formaliter ab ista necessitate sūma essēdi. ¶ Qui
ta cōclusio qꝫ pprietas ꝛ essētia nō distinguitur for
malit ita qꝫ hec ꝯclusio postponit ly formalit huic
vbo distinguit sꝫ pcedēs pposuit hanc ideo pono
qꝛ scotus in logica ꝛ i primo sustinet hunc sensum
hoc modo vt negatio itellectiua in vbo distiguit
intelligat propositioni isti aduerbio formalit. Et
qꝛ sic etiā alit pōt concipi ꝛ ordinari ob hoc solum
dicit in pria di. scdi vbi tractat hāc materiā qꝫ me
lius dī qꝫ relatio ꝛ essētia non sūt idē formalit vel
qꝫ hoc non ē formaliter illud q qd distiguitur for
maliter licet tm̄ veruꝫ sit qꝫ distinguit formalit et
etiā ista sit expressio determiatior q sicut sētētiati
in logica hui⁹ materie declarat si ly formaliter su
mat p p se pmo modo ꝛ nō diminutiue ꝛ hoc vbū
distinguit pcedat nō plus significat nisi qꝫ nō sunt
idē formaliter. ¶ Eandē sententiam tenet okā in
primo di. 2. q. de hac materia. d. qꝫ essentia ꝛ rela
tio distigunt formalit ꝛ tm̄ nō formaliter distigūt
pro eo qꝫ negatione inclusa in hoc distiguit pposi
ta aduerbio nō plus distigunt nisi qꝫ non sūt idem
formaliter vel qꝫ hec nō sit formaliter. ¶ Et ideo.
14. argumēta Et cōtra eū posita non tāgunt euꝫ
qꝛ plane exponit se modo iā dicto. ¶ Contra has
opiniones ꝛ similes ponitur cōclusio premissa taꝫ
negatiua et primo cōtra eoꝝ fundamentū dico qꝫ
hec ꝯña quam ipsi supponunt non valet de forma
sortes est et omnis homo est ꝛ sor. non est ola ho
mo. Igitur distiguitur seu differt ab omni homie
qꝛ non plus videt qꝫ differre exponi debeat p non
esse idem q esse idē per non differre tm̄ quia idem
vel vnum plus videt esse priuatio differentie vel
multitudinis q ecōuerso. Et etiā qꝛ idem ꝛ distin
ctum siue idē et differens siue idem ꝛ diuersū op
ponunt priuatiue vel contrarie sicut simile ꝛ dissi
mile vel equale ꝛ inequale igit sicut nō sequitur
tu es ꝛ nō es similis cuilibet vel nō es equalis cui
libet igit es dissimilis cuilibet vel iequalis cuili
bet. ¶ Sic nō seqtur deitas ē ꝛ deitas nō est eadē
formaliter pinitati igit differt ab ea formaliter
sed erit fallatia ꝯñtis quia ly differt vel distingui
tur est predicatum seu verbum positiuum et licet
inferat negationem. Non tamen sequitur ex nega
tione nec includit negationem saltem formaliter
¶ Probatur sequendo istam expositionem falsuꝫ
esset personas diuinas distingui seu differre reali
ter cuius tamen oppositum tota die dicimus sed
sed oporteret semper addere personaliter vel hy
postatice consequentis tenet quia persone sunt
idem quia sunt eadem essentia igit nec distingun
tur nec differunt sic ponendo. ¶ Nota circa istam
rationem et circa sequentia vsqꝫ ad secundum ar
ticulum qꝫ hec non est per se primo modo persona
est deitas vel essentia nec ista. a. est deitas vel es
sentia supposito qꝫ. a. sit nomē indiuiduale patris
qꝛ vel ly. a. seu ly persona est termin⁹ substātialis
vel relatiuus si substantialis precise tunc falsum
est qꝫ tres sunt persone in diuinis vel qꝫ. a. sit pro
prium alicuius persone distincte ab alijs cuꝫ in di
uinis non sit distinctio per illud qꝫ secundum sub
stantiam dicitur. Si autem est terminus relatiu⁹
tunc ly deitas vel essentia non dicitur de se ipso p
se primo modo ymo nec p se ꝛc. ¶ Probatur vna
exponentium falsa est s3 mentem illorum eunde
licet vera de proprietate sermonis vt patebit sci
licet ista essentia et proprietas non sunt idem for
maliter vel non sunt idem per se primo modo qꝛ
deitas et proprietas sunt essentia formaliter et
primo modo per se igitur sūt formaliter aliquid
idem ita sicut homo et animal sunt aliquod idem
ꝯñs pbat qꝛ deitas formaliter seu p se primo mō
est essentia ꝛ pprietas est p se primo mō seu forma
liter est essentia igit prima pars aña nota ē secū
da pbatur qꝛ persona formalit ꝛ p se pmo mō est
essentia igit ꝛ pprietas psonalis. ¶ Aña pbatur
quia alias p se non essent idem essentialiter plus
q personaliter nisi in aliqua natura seu entitate
vel aliquo communi conuenirent vt essentialiter
per se et primo modo non enim minus per se et es
sentialiter sunt tres persone diuine vnus deus et
vna deitas communis quis sor. ꝛ plato vnus com
munis hō data cōmunitate humanitatis ꝛ homis
a parte rei extra sicut aliqui ponunt. ¶ Item non
minus persona diuina est deitas pmo mō q sor. sit
humanitas igitur ꝯsequētia pbat qꝛ psona ꝛ p
prietas psonalis sūt oīno idem. Añs pbatur illa
sunt oīmode idem q sūt oībus modis idem quib⁹
vnum illorum est idem sibiipsi ꝛ quorum omē vel
omnia quod vel que est vnum illorū est reliquuꝫ
eorumdē ꝛ econtra et quorum vnū non est aliud
vel aliqua quin reliquū illorū sit idem vel illa et
econuerso sic est de patre et de proprietate perso
nali patris et similiter de alijs persona igit ma
ior ponit tres articulos ad tres instantias exclu
dendas primo istam quibus vnum illorum idem
sibiipsi quia absolute loquendo nihil est modis
omnibus idem neqꝫ paternitas sibiipsi nec deitas
sibiipsi qꝛ nec oībus modis scdm genus nec scdm

speciem nec scdm numerum quia nec isto modo se
cundũ numerum quõ asinus sibupsi nec iperfecte
nec contingẽter ec. discurrẽdo p multos modos.
¶ Scdo istam oẽ quod est vnum illorũ est reliquũ
⁊ econuerso p talib⁹ pater ẽ de⁹ vel deitas licet
eni a parte sit deitas sit. a. signatũ indiuiduale pa
tris in diuinis non tamẽ est deitas adequate ⁊ cõ
uertibilit quia aliquid est deitas qõ tamen non ẽ
a. scz. fi. vel sp. nec per cõsequens deitas est p se pri
mo modo a subiecto supponẽte pro deitate cõmu
ni q2 sicut i cõmunitate signoiũ nunq̃ infert⁹ pdi
catur per se primo mõ de suo per se superiori ita i
coitate reali qualis est in diuinis solum nunq̃ cõ
munis est per se primo mõ illud quod non est com
mune vel illud qõ nõ est minus cõmune deitas au
tẽ in diuinis est cõmunis a vero non cõmunis igit
ec. ¶ Addit etiam tertia particula quorũ vnũ nõ
est aliquid quin reliquuz sit illud q2 pater licet sit
illud quod est deitas nõ tamẽ ɔuertibilit sunt idẽ
quia aliqd est illud qõ est pater ⁊ tñ illud non est
pater puta fili⁹ sic igit patet maior declarata ⁊ mi
nor plana est igit. ¶ Confirmatur hoc idem scz q
ppietas patris ⁊ pr sint idem olmode ⁊ adequa
te q2 nisi detur oportet necessario ymaginari q in
persona propietatem personalẽ aliquid sit cõcur
rens tamẽ eadẽ ad cõstitutionem psone distinctũ
ab ista ita q ppietas psonalis nõ sit adequate ip
sa persona et ita psona diuina non esset essentialit
simplex sicut deitas qõ dicere nolo nec vitare scio
nisi ponendo olmodã ydemptitatẽ patris ad pso
nalitatẽ primã in diuinis ⁊ econuerso. ¶ Probat
istud est maxime tenendũ in proposito quo meli⁹
⁊ clarius saluatur tota substantia fidei superius
notata que ponit cõitatem realem deitatis et di
stinctionem realem personarum cũ summa simpli
citate. ¶ Sed hec potissime saluant si ppietates
personales sunt plenissime ipi persone ⁊ ecõuerso
quaruz quelibet sit formaliter ⁊ p se primomodo
deitas ipa licet non ecõtra pp̃ter causã ptactam.
¶ Sexta cõclusio qlibet ppietas psonalis in diui
nis est p se primo mõ deitas. ¶ Septima conclusio
deitas ⁊ proprietas psonalis sũt idem formaliter
non dico q sunt formaliter idẽ q2 termin⁹ post po
situs copule appellat suam formam vt dictum est
conclusio patet q2 cõtradictoria eius pbata est es
se falsa. ¶ Octaua cõclusio deitas non est formalit
vel per se primo mõ aliqua psona diuina igitur.
¶ Ex his seqtur. s. q deitas ⁊ psona idẽ sunt nõ for
maliter nec p se primo mõ. ¶ Probat prima pars
q2 essentia est psona ⁊ ecõtra igit essentia ⁊ deitas
sunt idem. ¶ Scda pars probatur q2 licet persona
sit formaliter psona tñ essentia cõis persona nõ ẽ
formaliter psona vt dicit octaua cõclusio igit seq
tur q sunt idẽ non p se pmo modo nec formaliter.
¶ Ex quib⁹ omnib⁹ sequitur q deitas non ẽ oib⁹
modis eadem per se quibus sibipsi vel persona
per se tñ q2 essentia est aliquid ⁊ hec psona nõ est
illud. s. alia persona tum q2 essentia ẽ essentia per
se primo mõ ⁊ tamen essentia non est persona alia
vel proprietas psonalis per se primo modo vt iaz
visum est. ¶ Ex hac sequit. xi. cõclusio q deitas et
persona sunt res distincte vel sũt realiter distĩcta
Ex quo enim deitas est aliquid ⁊ pater non ẽ illõ
scz fili⁹ igitur essentia ⁊ pater sũt ita realiter disti
cta pater ⁊ fi. ⁊ per cõsequẽs sunt iste distincte seu
realiter distĩcta ab inferiori ad superi⁹. ¶ Ex hac

et pcedentib⁹ sequit cotre. 12. conclusio. 6. q aliq̃
vt ita loquar licet non ppie dicant aliqua vel q
a ⁊ b. magis ppie loquendo sunt realiter distin
cta ⁊ tñ non realit distinguit vt patuit ex pma. Et
si dicas q verbũ adiectiuum equipollet cõposito
ex hoc verbo est ⁊ participio illi⁹ adiectiui. verbi
gratia sicut idem valet dicere sor. currit ⁊ sor. est
currẽs. sor. amat ⁊ sor ẽ amat⁹. ⁊ per ɔñs idẽ erit
dicere realiter sunt distincta ⁊ realit distinguitur.
Respondet q talia participia in pdicato pñt du
plicit sumi. s. adiectiue et subiectiue. Primo mõ
habet regula tam sumpta veritatem scdo mõ non
¶ Et scdo modo sumo, ego ly distincta i cõclusione
pmissa. ¶ Exemplũ hui⁹ est q2 essentia diuina non
generat nec generat ⁊ tamen essẽtia diuina est ge
nerans et generatũ sumptis participiis subiecti
ue. ¶ Unde licet essentia sit genitũ et genitua non
tamen est genita. ¶ Secundo restat mouere dubia I. dubium.
¶ Primum quia videt scdm aliquas conclusiões
pmissas q primum principium cõplexum capiat i
stantiam circa diuina nam si deitas et propietas
pa. personalis siue pater sunt omnimode idẽ ⁊ tñ
de illis verificantur multa cõtradictoria q2 pater
generat deitas nõ ⁊ sic de alijs multis igit. ¶ Di
cendum est primo sicut pbatũ est. q. 12. prime di. q
nullo mõ p eodẽ in diuinis vel circa diuina verifi
cant cõtradictoria q2 omẽ idẽ in diuinis ẽ deitas
vel pa. ⁊ fi. ⁊ sp. vel attributũ vel ppietas vel no
tionalis scdm diuersas opiniones sed de nullo ta
li vel qualitercũq̃ ymaginabili verificatur cõtradi
ctio. hec responsio seriosius ibi psecuta fuit igi
tur hic transeo et est ibi articulo tertio dubio se
cundo circa mediũ. ¶ Sed cõtra hoc arguit ab ali
quib⁹ modernis tenentib⁹ pp̃ter instãtiã de diui
nis pmũ pricipiũ ɔplexũ nõ eẽ euidẽs p hac vita.
¶ Et supponũt duo prio q nõ ẽ euidens notũ dei
tate ⁊ pñitatẽ nõ eẽ simpe eadẽ qui. s. a parte rei
oio sit deitas eadẽ pñitati sicut deitati sicut ga
brieĩ gabrieli. ¶ Scdm q cuilibz itellectui appa
ret tãta ipossibilis verificãdi ɔdictoria icõplexa de
duob⁹ cõceptib⁹ vel signis qbuscũq̃ p eodẽ oino
supponẽtib⁹ sicut de eodẽ signo supponẽte p eodẽ
vbi gra hic ensis ẽ acut⁹ hic gladi⁹ nõ ẽ acut⁹ de
mõstrãdo idẽ sicut hic ensis ẽ acut⁹ hic ensis nõ est
acut⁹ tũc si enõ ẽ magis euidenẽ notũ q sit ipossi
bile hãc albedinẽ sit eẽ disgregatiuã vis⁹ ⁊ nõ eẽ
disgregatiuã vis⁹ q essẽtiã eẽ trinã ⁊ nõ eẽ trinã.
Sz scdm nõ ẽ euidenẽ notuz eẽ ipossibile qõ pbat
q2 nõ ẽ euidenẽ notũ eẽ ipossibile hãc pñitatẽ nõ
eẽ trinã. ⁊ hãc essẽtiã eẽ trinã demõstrãdo penit⁹
idẽ igit cũ tãta appeat ɔdictio cuicũq̃ intellectui
q ita sit pũt iã dictũ est sicut q hec essẽtia sit trina
⁊ nõ sit trina vel q hec albedo sit disgregatiua seq
tur q nõ euidenẽ notũ ẽ ipossibile eẽ hãc deitatẽ
esse eternam ⁊ non esse eternam. Uel hanc albedi
nem esse disgregatiuã ⁊ nõ esse disgregatiuam igi
tur intẽtũ. s. q dictuz principium non est euidens.
¶ Sed dico q quicunq̃ catholicus pro ista obie
ctione adheret conclusioni illate fidem exponit
derisioni. vnde augustin⁹ primo super genesim ad
litteram capitulo. 6. de magnus turpe ẽ multum
⁊ perniciosum ⁊ maxime cauẽdum vt xp̃ianum de
his rebus quasi secunduz christianas litteras lo
quentium ita delirare q quilibet fidelis audiat
vt quemadmodum dicit toto celo errare cõspici
ens risum tenere vix posset ⁊ nõ tam molestum est

ꝙ errans homo deridet sed qꝛ auctores nři ab eis qui foris sūt talia sensisse creduntur ꝛ cū magno eorum exercitio de quoꝝ salute satagimus tanꝙ idcirco reprehēdūtur ꝛ repertutur cū enim quemꝙ de numero xpianorum in ea re quā optime norūt errare cōprehenderit ꝛ vanā suā sententiam de nřis libris asserere quo pacto illis libris credit sūt de resurrectiōe mortuoꝝ de spe vite eterne de regno celorum quādo de his reb⁹ quas iā experiri vel indubitant mētibus ꝑcipere fallaciter putauerūt esse conscriptos quid enī molestie tristicieꝙ ingenerant prudentibus fratribus temerarij presumptores ꝛc. ¶ Ad argumētū igitur eorū dicendum ꝙ principium quod ipi hic supponunt falsissimuꝫ est supposita veritate fidei. ¶ Nam enī preostensuꝫ est ꝙ nulla fit distinctio vel nō ydemptitas vel modus non deitatis inter deitatē ꝛ patrē vel deitatis ad patrem vel paternitatē. tñ deitatis ad patreꝫ non est ois modus ydemptitatis q est eiusdē ad se qꝛ non est sibi eadem conuertibiliter nec ꝑ se pͥmo modo vt postēdi. ¶ Cui⁹ oppositū sumpsit illa suppositio. ¶ Ad rationem i forma dr ꝙ maior ē vera sed minor est erronea. ¶ Ad ꝓbationē eiusdē dr ꝙ tam maiorꝙ minor false sūt ꝓpter falsam implicationem q addit cū dicit demōstrando penit⁹ idē qꝛ nullū idē ibi demōstratur nec penit⁹ idem nec non penit⁹ idem certū enī est ꝙ nulla eadē creatura demōstrat i vtraqꝫ ꝑte copulatiue ex parte subiectorum qꝛ hoc nihil esset ad ꝓpositūꝫ nec aliqua est eadē entitas q̄ sit deus vel q̄ sit aliquid idē qd sit deus ꝓpter rationē supra factā qꝛ nullum tale est trinū ꝛ non est trinū scđm veritatem sicut pꝫ discurrēdo ꝑ quodlibet ibi assignandū. ¶ Dices ista contradictoria ꝛ multa alia ꝟificant de deitate ꝛ de patre ꝛ ꝑ te pater ꝛ deitas idem sunt. Igit verificantur pro eodem ¶ Dicendū ꝙ forma argumēti nō valet sed deficit sicut ista pater in diuinis generat ꝛ fili⁹ generatur ꝛ pat ꝛ filius idē sunt i diuinis igitur idem in diuinis generat ꝛ generatur sed sufficit quo ad primuꝫ discursum ꝙ verificent de eodem vel de his q̄ sunt idem ꝛ quo ad scđm ꝙ idem generat ꝛ generat vel ꝙ idē signat illud qd generat ꝛ illud quod generat ꝛ ita dicte cōclusiones illate verificant quo ad partes secūdas non quo ad partes primas. ¶ Itē addo aliud exēpluꝫ vbi nullus fi delis dubitat quādo premisse sūt vere ꝛ cōclusio falsa sic arguendo de isto patre et de isto filio demonstrando patrem ꝛ filium in diuinis verificant cōtradictoria sed iste pater ꝛ iste filius sunt deitas igit de deitate verificant cōtradictoria. ¶ Similis enī defect⁹ ē in isto discursu de actu signato licet videat esse sillogismus expositorius sicut in scđo et similib⁹ de actu exercito vel sicut in paralogismo principali de quo est hic sermo.

¶ Aliter ꝛ redit idem in sententia. Respōderi potest ad rationem principalem contra solutionem huius dubij ꝙ non est de his noibus deitas et pater sicut de his gladius ensis non enim sunt cōuertibilia cum multa verificantur de vno que non de alio et econuerso et etiam vnum eoruꝫ de multis verificatur de quibus non reliquum quia deitas est simul tres ꝑsone et sigillatim quelibet earum dem non sic aliqua persona est tres persone ꝛc.

2. dubium ¶ Secundum dubium quia videtur ꝙ supradicte conclusiones non sunt vere et primo contra primam et secundam simul que dicunt ꝙ essentia non distinguitur realiter a persona vel a proprietate personali diuina. ¶ Arguitur sic verificatio contradictorioꝝ de. a. ꝛ. b. est via potissima ꝓbandi. a. ꝛ. b. distingui realiter supposito ꝙ a. sit vera res ꝛ. b. similiter. ¶ Per hanc enim viam ꝓbatur primo phisice tum materiaꝫ non esse formā quia materia manet eadē sub vtroqꝫ termino trāsmutationis forma vero non. ¶ Et septimo methaphisice probat ꝙ compositum dicitur a partibus quia separatis a. ꝛ. b manent. a. et. b. ꝛ tamen nō manēt. a. ꝛ b. cū igitur de a. ꝛ. b. i. de proprietate personali seu etiam persona et de deitate multa contradictoria verificantur igitur realiter debent cum vtraqꝫ sit res et siue vtraqꝫ sit res siue non tamen sequitur per artem phi ꝙ deitas non sit persona nec econtra. ¶ Item scđo arguit secundum cōsiderationem phi septimo thopicorum. ad probādum aliqua differre sufficit probare aliquid dici de vno quod non dicitur de alio hoc inuenies in positione in reportatiōe parisien. di. 33. q. pͥma nec valet dicere ꝙ non sequit ista conclusio non valet sed ꝙ deitas nō sit formaliter proprietas vel persona tamen quia formaliter nō ponitur in premissis ideo non debet ingredi conclusionem vel econuerso transponendo premissas et etiam dato ꝙ ingreditur non valeret discurs⁹ sicut patet addēdo realiter sic arguendo deitas est realiter filiatio. paternitas non est realiter filiatio igitur paternitas non est realiter deitas similiter nec hic iste deus non est formaliter pater demonstrando deum qui est pater et fi. ꝛ. ss. et pater est formaliter pater igitur pater non est formaliter deus tum' tertio quia tunc ars aristotelis non sufficienter inferret materiam non esse formam sed non esse formaliter formam. ¶ Secundo principaliter quia scđm augustinū. 7. de trini. ca. 4. ꝛ habet in littera esse sumit ab essentia sicut sapere a sapiētia vel econuerso igit quot esse tot essentie tot quot substātie igit sicut i diuinis tres sūt subsistētie ita tres erūt essētie igit ex opposito cū ibi nō sint tres essentie nec tres ꝑsone ꝛ ꝑ ꝯña posita iā cōstantia deitatis a ꝑsonaꝝ deitas distigueret ab aliqua vel a quaslibet ꝑsonaꝝ qd ē intētū. ¶ Itē si essentia ꝛ ꝑsone sunt idē realiter igit multiplicato vno istoꝝ multiplicat ꝛ alteꝝ igit sicut sunt tres ꝑsone ita erunt tres essentie ꝯñs est falsum. Et cōsequētia pꝫ in exēplis idu: tiue qꝛ enī hō ꝛ risibile sūt idē realit igit quot sūt risibilia tot sunt hoies et econuerso ꝛ non solum in conuertibilibus sed etiam in aliis arguitur multitudo contentorum sub signo communiori ex multitudine contentoruꝫ sub signo minus communi sicut fit i proposito igitur ꝛc. ¶ Itē quecunqꝫ eidem sunt idem illa inter se sunt idem eodem modo quo sūt idem eidem sed persone realiter sunt idem essentie igitur persone sunt realiter idem inter se consequens est falsum et non maior que patet primo phisicorum igitur videtur ꝙ minor sit falsa. ¶ Item decretū supra dicit vt distinctiones sint in persona et vnitas in essentia et modus loquendi est ab hoc cum dicimus proprietas personalis patris et cum dicimus distinctionem proprietatis et essentie in persona.

¶ Item nihil vnum et idem est formaliter finitum et infinitum sed essentia diuina est formaliter infinita proprietas non est formaliter infinita quia tunc in diuinis tria essent' formaliter īfinita

cõsequẽs est falsum igitur essentia et proprietas non sunt idem. ¶ Item deitas est de se necesse esse proprietas nõ igitur hec nõ est ista minor patet quia alias essent ibi tria necesse esse. ¶ Item nihil vnũ et idem est perfectior simpliciter et nõ perfectior simpliciter sed deitas est perfectior simpliciter relatio non tunc esset aliqua perfectio simpliciter deesset vni persone quã alia haberet. ¶ Item augustinus septimo de tri. ca. 4. nõ est eo verbum quo sapiẽtia et eadẽ ratione nec eo pater quo sapientia igitur nec eo verbum vel pater quo essẽtia quia eo ẽ sapiẽtia quo essentia sicut habetur ibidẽ tũc sic pater nõ est deitate pater et pater paternitate est pater igitur paternitas nõ est deitas. ¶ Item augustinus quinto de tri. ca. 5. et 6. nihil in deo secũdũ: l deo secũdũ accidens dr: nec tamẽ oẽ quod dicitur secũdũ substãtiam dicitur licet in creaturis alterum oporteat: quia pater ibidem nõ dicitur pater secundum subãm nec filius dicitur filius secundum subãm sed secundũ relationẽ quia relatio vt dicit nõ est accidens hoc nõ videtur stare nisi relatio vel relatiuũ ibi distinguatur a subã. ¶ Item probari põt per anselmum de processu spiritus sancti ca. 1. non idem inquit significat nomen patris aut filii quod nomẽ dei nõ enim idem est eẽ deum quod eẽ patrem aut filium hec ille Igitur deus et pater non sunt idem. Item nullum icõmunicabile tribus personis est cõmunicabile tribus personis sed pater ẽ icõmunicabilis deitas cõmunicabilis igitur et eodẽ modo arguitur de filio et spiritu sãcto ¶ Item sequitur nullus hõ est nõ homo igitur iste hõ nõ est nõ homo demonstrato filio dei igitur iste hõ nõ est essentia diuina quia essẽtia diuina ẽ nõ hõ accipiẽdo negatiue quia nõ est homo secundum magistrum li. 3. di. 5. ca. 3. ¶ Et vltra per sillogismũ expositoriũ iste homo nõ est essentia diuina sed iste homo ẽ filius dei igitur filius dei nõ est essentia diuina quod est intẽtum Probatur sic deitas est pater igitur deitas nõ est filius et vltra igitur deitas nõ est filius et cum deitas sit aliquid etiã filius igitur deitas dicitur a filio. Prima cõsequẽtia patet quia omnis pater in diuinis nõ est filius. Secunda consequẽtia patet per regulam phi quod affirmatiua de predicato infinito infert negatiuã de predicato finito ¶ Ad primum istorum dicendum ẽ quod istud argu. recitat anselmus de incarnatione verbi ca. scdo.

¶ Pro opinione illius qui dixerat filium nõ posse incarnari sine patre de vna quippe et eadem re non est vera simul affirmatio et negatio nec sub eadẽ voce nõ enim idẽ petrus est apostolus et nõ apostolus nec sub eodẽ nomine vt petrus est apostolus et symõ nõ est apostolus sed pater et filius sũt vna et eadẽ numero igitur non est verum aliquid debere affirmari de filio et negari de patre aut econuerso igitur si filius est incarnatus igitur et pater. Anselmus Sed subdit anselmus hec ratiocinatio si recta est vere ẽt heresis sabellii sicut cõsequẽter deducit. ¶ Et ca. 7. resumit idẽ argu. vnã inquit et eandẽ rem impossibile est simul eẽ et nõ eẽ ¶ Et tunc rñdẽt ego dico si filius incarnatus est et filius non est vna et eadem persona numero que pater est sed alia nõ est idcirco necesse patrem quocũque eẽ incarnatum vult dicere et bene quod nõ obstante quod pater et filius sunt vna res quia tamẽ cũ hoc stat distinctio earũ personalis inter se et de omnibus distinctis vel pro omnibus distinctis possunt aliqua cõtradictoria verificari sed nõ omnia Ideo nõ oportet filio incarnato patrẽ incarnari ad vitandum cõtradictoriorum verificationem de eodem similiter in proposito licet deitas et paternitas sint idem et non distinguãtur nõ tamẽ oportet quodlibet contradictorium verificatum de essentia verificari pro patre nec econuerso propter quod dico quod nõ oportet omnia pro quibus verificantur cõtradictoria distingui etiã posita constãtia eorum sed tamẽ posita cõstãtia talium necesse est si vtrũque est et cõtradictoria verificantur de eis quod distinguãtur vel quod sint res distincte et per hoc dico ad regulam thopicã quodlibet vt cõmuniter vbi aliquid verificatur pro hoc et non pro isto posita constantia istorum ista differant nõ tamẽ oportet sed sufficit quod differant vel quod sint res distincte vel differentes ita etiã sufficiẽs plus secundum sicut primum licet secundum opinionem suam nullibi contingeret dare secundum sine primo. Olram ¶ Aliter respondet olrã li. 1. di. 2. q. vltima quod contradictio est via potissima ad probandũ distinctionem realem quã ibi est negatio simpliciter ita quod per nullam circũlocutionem potest alterum contradictoriorum verificari de illo a quo negatur reliquum et sic nõ est in proposito quia licet essentia sit cõicabilis et nõ pater tñ pater est ista res que est cõmunicabilis et de sic de similibus Huic concordat multum francis dicendo quod cum dicitur pater nõ est filius ibi nõ est oppositio cõtradictoria de qua loquitur philosophus quia ipse non loquitur nisi de illa in qua pars negatiua negat essentiã affirmatã in alia et si sic negaret falsa et eodẽ modo cum dicitur pater in diuinis nõ est homo falsa esset hec si negatio negaret essentiã affirmatã in hac pater est homo quia hec est falsa pater non est essẽtia que est homo hec ille. ¶ Sed via prior planior est licet et ista vera sit quia si contradictio est via potissima arguẽdi distinctionẽ realẽ posita cõstãtia eorum pro quibus verificatur distinctionem inquã vel illorum pro quibus verificatur quod non semper oportet vel illorum que illa sunt et hoc secundum in proposito verum est Sed tunc ad phm primo phisicorum et septimo methaphisice. Dicendum est quod optime arguit in vtroque loco quia licet nõ omnia contradictoria arguãt ista realiter distingui pro quibus verificãt posita eorum constantia sed vel hoc sufficiat vel quod ipsa sint res distincte cũ ista cõtradictoria que sunt esse et nõ esse semper arguũt vnum istorum pro quibus verificatur nõ esse relatiuum. ¶ Similiter si de vno possit verificari eẽ vnum et sine hoc quod eo ipso verificetur vel verificari possit de retracto sequitur posita constantia talium nõ solum quod vnum nõ sit omne illud quod relatum verum etiã quod vnum realiter a reliquo dicitur et sic arguit ibi aristoteles ideo bene vnde in proposito si deitas posset eẽ non existente paternitate dicerem deitatem realiter distingui a paternitate. ¶ Ad secundum principale dicẽdum quod ista propositio eẽ sumitur ab essentia distingui penes equiuocationẽ eo quod subiectum primo põt sumi materialiter pro ista voce eẽ et verum est quod vna istarum vocum grãmaticaliter deriuatur ab alia. ¶ Secundo significatiue nominaliter et tunc nõ plus sumitur eẽ ab essentia quam econuerso quia oẽ esse sic nominaliter sũptum nõ est nisi ipsa essentia diuina que est et econuerso. ¶ Tertio verbaliter et sic nõ est aliquid sicut nec currere et sic de similibus nisi equiuoce lo- Ad. 2. princ.

quēdo de eē aliquid co modo quo significatū ad equiuz propōnis dicitur aliquid illo scilicet mō quo ille diceretur scire aliquid qui scit ꝙ anima antechristi est possibilis nō ē autē aliquid significabile icōplexe nec subā nec accidēs eundo tamē ad secundum sēsum intelligi pōt ꝙ ab essentia sumitur eē quia nihil est nisi sit essētia aliqua ⁊ tūc si loquamur de eē absoluto cōceditur ꝙ quot sūt eē tot sunt essentie et vt sic licet quelibet persōa diuia habeat eē nō tamē sequitur ꝙ i diuinis sint tria eē sed ibi est vnicum esse absolutum essentiale quo quelibet persona habet esse et quo oēs persone habent eē recte sicut dictu r de essentia ¶ Si vero loquamur de eē relatio seu personali nō sequitur ꝙ quot sunt ibi eē tot sint ibi essētie vel subē quia talia plura eē sumitur ab vna essē-
Ad tertium tia. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ nulla persona i diuinis plus multiplicatur vel plurificatur ꝙ essētia ymo essentia est ibi trina. et ita plurificatur psonaliter vt ita loquar nō quidē ꝙ sint tres essentie sed tres persone que sunt vna essentia persōa autē que est deus nec trina est nec plurificatur psonaliter. ¶ Ex hoc patet ꝙ falsa est rñsio olā a vltima et vltima di. primi i fine. q. dicentis ꝙ quāuis suppositum creatum nō possit multiplicari nisi naturaliter multiplicetur propter olmodā ydētitatē inter naturā et suppositum diuinum tñ natura diuina inter quā et suppositū diuinum est aliquis modus nō ydētitatis nō multiplicat quāuis suppositum multiplicetur hec ille. ¶ Sed secundum veritatē nullum suppositum ibi multiplicatur quāuis hoc vocabulū psona habeat ibi plura quibus cōuenit dices isti termini cōuertuntur essentia diuina et persona diuina quia omnia res que est persona est essentia et ecōuerso igitur iuxta pricipium tuum i probatiōe cōclusionis quia ista sunt nomi na synonima sicut ibi sunt tres persone sic etiā sunt ibi tres essētie. ¶ Dicēduz ꝙ ista regula est sic intelligenda synominace idē seu cōuertibiliter quorum oē illud quod ē vnum ē reliquum ⁊ etiā omnia que sunt vnum sunt reliquum et quorum vnum nō ē aliquid nec aliqua quin reliquum sit illud vel illa sed sic nō est hic qm̄ trinitas personarum ē essētia diuina ⁊ tamen trinitas personarum non ē persona. ¶ Similiter tres persone simul sunt essētia diuina et etiam duo et cum tres persone simul vel due nō sunt persona diuina
Ad quartū ¶ Ad quartum respondet olā ꝙ maior ē falsa nisi sunt idem realiter et formaliter sed sic nō ē in proposito de proprietate vel de persona respectu essētie secundum eum nō sit falsa nisi i diuinis. ¶ Secundum vero pigā minor falsa ē quia pater nō ē totidē res quot deitas igitur pater et deitas nō sunt idem realiter sed cōsequētia illa nihil Aliter respondet scotus di. 2 primi. q. 4. i solutiōe argumenti pricipalis ꝙ maior ē vera sed cōclusio que cōcludit patrem eē filius cōcludit aliud genꝰ ydētitatis ꝙ sit illud genus ydētitatis quo pater et filius sunt idem in essētia. Et ideo cōclusio nō sequitur ex premissis ¶ Pro quo notandum secundum eum doctores etiā antiqui vt beatus bonauētura et alii idē dicunt di. 5 primi. q. 1. i diuinis Dux ē modus predicādi scilicet per ydētitatē ⁊ p inherentiam p ydētitatē quidē vt cū dr̄ essētia ē pater per iherentiā seu per denominationē sicut faciunt adiectiua et verba hanc distinctionē sepe exprimit scotus dicens cum isto Q i diuinis dux est predicatio scilicet ydēptica et formalis vel denominatiua et ista distictio necessaria ē i multis propositionibus circa diuina nā ista essentia diuina ē generans vera est si sit predicatio ydētica ad hunc sensum essentia diuina ē illa res que generat scilicet pater sed si sit predicatio formalis seu denominatiua vel adiectiue falsa ē quia tunc denotatur ꝙ essentia generet. Et tunc vltra secūdū eum premisse verificātur secundum ydētitatē essētialē que exprimitur per predicationē ydēti. sz cōclusio notat predicationem formalez et ydētificā personalē intelligēdo sic ꝙ pmisse denotent ꝙ persone sunt idem essentialiter. i. sunt vna essētia qd verum ē. Sed cōclusio notat ꝙ sunt idem personaliter. i. ꝙ sint vna persona quod falsum ē ideo conclusio nō sequitur ex premissis quia significat maior ē ydētitatē extremorum inter se quā significabatur ex premissis et ita responsio sic exposita ē rationalis apud me. ¶ Et vt expressius dicā predicatio vocatur vbi illud pro quo supponit subiectū est illud pro quo supponit predicatum ⁊ tamē predicatum nō supponit pro quo subiectum nec denotatur pro eo supponere sicut hic essentia est generās sumpto predicato substantiue eo modo quo ꝑpositio ē vera predicatum enim ibi precise supponit pro patre et quia essentia ē pater pro quo supponit subiectum ideo ē propositio vera predicatū enī ibi precise supponit pro patre predicatio formalis vel per inherentiam vocatur quādo subiectum et predicatum denotantur supponere ꝑ eod vt hic pater ē generans Istam expressionē nō intelligo licet priora dicta sint intelligibilia ex quibꝰ videtur ꝙ predicatio formal' sit illa quando i aliq̄ propositione predicatum secundum suā rationez propria dicitur de subiecto vt dicēdo homo est albus pater ē generans sine ly generās sumatur adiectiue siue substantiue. Sed ydētifica ē quādo predicātū de subiecto nō imediate aliquo intellecto vel expresso in predicatum cui immediate conuenit predicatum secundum rationem suā vt dicēdo essentia diuina ē generans denotatur ꝙ etiā diuina ē res que ē generās seu que generat scilicz pr̄ sic etiā supposita ymaginatione platonis de hoīe cōmuni ita concederetur secundum predicationē ydētificā homo cōmunis ē albū neutraliter ⁊ substantiue accipiēdo ly album. i. talis homo est res que est alba scilicet sor. vel plato sed ista negaretur tal' homo est albus secundum predicationem formalē quia dicitur pmo methaphisice medicus nō sanat hominē i cōmuni sed hunc hominē vl' istū ⁊c. ita etiā homo i cōmuni nō dealbatur ⁊c. Si dicas tanta pōt secundum illud et talis inferri ydētitas extremorum inter se quāta vel qualis ime dio sed quelibet personarum est eadem realiter deitati igitur vna est eadem alteri realiter. ¶ Cōcedit iste doctor et bene ꝙ potest inferri ydētitas essētialis nō formalis. i. denominatiua seu suppositiua et ideo nō debet inferri ꝙ filius est pater sz ꝙ filius et idem patri vel cū eo quod est pater vel filius est idez quod est pater hec ille Nō igitur sequitur ꝙ vna persona sit eadem realiter alteri sz ꝙ sit idem realiter alteri sic etiā cōcedit ꝙ persone sunt idem realiter inter se accipiēdo ly idem neutraliter. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ nō est secun- Ad quintū
dum anselmum proprie dictum ꝙ in deo sit iusti-

cia vel sapientia vel q deus habet iusticiam Sed q deus est sapia et iusticia ita magis proprie diceretur q proprietas et persona vel persone q q ē in persona vel personis. Sed quando sic dicitur intelligendum i est trāsitiue sicut cum dicitur creatura sal. i. creatura q ē sal. etiā cū dī pfatiōe et i psōis proprietas 7c. ¶ Et quicquid similiter sonat eodēmodo intelligendum est nec etiā ex illo aliud argui potest etiā si proprie diceretur nisi q in persona est proprietas per circumincessionē vl sicut vnitas est i multitudie et numero ita dicatur vna persona que ē vnitas personalis istius trinitatis eē in trinitate. ¶ Unde hieronymus et allegat ma. li. i. di. 25. ca. vltimo. 7 di. 33. ca. i. dicentes inquit aliam patris aliā filii aliā spūs sancti esse personā nō nomina tantum sed etiā noim proprietates idest personas vel vt greci exponunt hypostases idest subsistentias confitētur ¶ Et ideo dicit Ma. di. 33. capi. i. sicut proprietates eē in personis ita etiā eas esse personas confitemur. ¶ Et si dicas si proprietates persone sunt nō eis persone distiguūtur respondet ibidem Ma. ca. 3. q etiā seipsis psone differūt 7c. vide ibi. ¶ Contra quod nota q proprietas persone vnomodo accipitur pro persona sicut iam dictum est ¶ Aliomodo accipitur pro eo quod vere cōuenit alicui rei et soli eo modo quo dicimus q posse ridere est proprium homini sic proprium est patri genuisse filium et filiū genitū eē et sp. sanctum processisse de quo vide. ma. li. i. di. 26. c. scdo. et sic proprietates personarum nō sunt persone sed sunt propria personarum etiā trāssumptiue loquēdo quia generare filium cum sit quoddā cōplexe significabile nō est aliquid sed aliquē producere vere tamē cōuenit patri qd generet sicut sibi proprium et etiā proprium est patri q sit pater et sic de similibus ex talibus autē proprietatibus innotescit et arguitur personarum distinctio quia sicut ibidē dicit Ma. allegans augustinum aliud est genuisse q natum eē aliudq procedē q genuisse vel natum eē.

Ad sextum ¶ Ad sextum dicendum est q eadē infinitate eodēmodo quo essentia diuina ē formaliter infinita scilicet nō solum potētialiter vel virtualiter sed i se sic etiā et persona et proprietas 7 nō sequitur q sint tria infinita sicut nō sequitur psona est formaliter deitas igitur sunt tres deitates tres persone. ¶ Etiā sciendum est q cum dicit essentia diuina vel persona est formaliter īfinita li formaliter nō potest ibi stare per se primo modo eo modo q ly infinitum negatiue importat suum significatum sicut isti termini imortale eternū simplex inuisibile 7 similia terminus ām negatiuus vel priuatiuus nō dicitur per se primo modo nisi de termino priuatio vel negatio cōcedit tamē q deus per se primo modo est sapiens iustus.

Ad septimum. ¶ Ad septimum conceditur q proprietas ē necesse eē 7 non sequitur q igitur tria sint necesse eē.

Ad octauū Ad octauum negatur secunda pars minoris relatio eni est eadem perfectio simpliciter q deitas nec sequitur ex hoc q aliqua pfectio simpliciter desit vni persone que nō alteri quia omnia perfectio simpliciter in diuinis cōis est realiter et indifferenter omnibus personis.

Ad nonum ¶ Ad. 9. respondet ma. li. i. di. 33. ca. penultimo. q augustinus dicit eo q deus ē subā ē sed quo pater est subā nō ē hoc intelligi voluit q essentia deus ē et deitate subā ē eo eni subā ē quo deus ē et ecōuerso cuius ea ē deitas que subā et subā que deitas sed quo ē pater nō ē subā. i. nō quo pater ē eo subā ē quia proprietate generatiōis pater ē qua subā nō ē ipsam tamē proprietate subām eē nō negauit ita etiā illud intelligēdū ē q ait cum pater eil nō illud ē quod. i. nō illo pater est quo ipe ē. i. essētia sed notione hec ille. Unde i talibus ly non eo quo vel nō ea proprietate qua videtur esse negatio cāsalitatis precise. q. diceret nō eo pcise quo quis in diuinis ē pater ē deus quia filius ē etiam deus vel etiā ly eo quo pōt ibi accipi reduplicatiue reduplicatione cāli vel etiā specificatiue causaliter vt sit sensus nō eo quo. i. nō ea ratione qua 7c. cui cōsonat dictum magistri vbi supra ca. vltimo dicentis licet verbum secundum q verbum nō sit hoc q pater ē ea tamē proprietas qua verbum est illud ē quod pater. i. essentia diuina sed nō est hypostasis pris. ¶ Aliter tractat illud medium presuppositum quidā scilicet nō eo verbum quo sapiētia et simul etiam illud eiusdē septimi scdo ca. ois essētia que relatiue dicitur ē aliquid excepto relatiuo pulchre in hunc modum ¶ Respondetur inquit nō eo verbum. i. nō eo secundum consideratione intellectus primo quia eiusdē rei que relatiue concepta est illa ē sapiētia absolute accepta ita q hec reductio denotat diuersum modum intelligendi aut predicādi non diuersitatē rei. Contra secundum hoc non esset eo sapiētia quo essētia qz diuersus modus ē hic et hic concipiendi et intelligendi itē iste diuersus modus intelligendi aut habet diuersitatē correspōdētē sibi ex parte rei aut nō si sic habetur propositum si nō intellectus intelligit istam rem aliter q ē igitur false et per ons nō intelligit istā cōsequētia patet per augustinum di. 3. q. 23. dicendum q ly eo denotat diuersum modum intelligēdi 7 loquēdi peruenientē ex natura rei intellecte et etiā denotat diuersitatem rerum in re intellecta non tamen inter relationem qua est verbum et essētiā qua ē sapiētia sed ex natura rei. ¶ Aliomodo siue aliter debet intelligi ipsum esse verbum quia relatiue et aliter sapiētiā quia absolute. ¶ Et cum arguitur sic nō esset eo sapiētia quo essentia negatur quo ad intellectum augustini quia idem ibi ē modus intelligendi scilicet absolutus et quia secundum modum intelligēdi absolutū sunt ibi diuersi modi intelligēdi hoc est ex natura rei infertorum scilicet per respectū ad creaturam quia iustus sapiens 7c. sunt predicata denominatiua nō ex natura rei intellecte sz in relatione et essentia. ¶ Et vltra concedo q iste diuersus modus intelligendi habet diuersitatem correspondentē scilicet personarum diuinarū qz nisi ibi essent diuerse persone nō esset ibi talis diuersus modus intelligendi prouenientes ex natura rei ymo esset eo verbum quo sapiētia verūtamē talis realis diuersitas nō est ibi per quā relatio differat ab essentia nec sequitur aliter intelligūtur q in re sunt igitur false pro vt ly aliter determinat intelligere. ¶ Sed bene sequitur si ly esse quāuis autem quis aliter intelligat primo modo q sit nō tamē falsus ē intellectus qz nō prouenit ex natura rei intellecte. ¶ Sed contra cōis vsus loquēdi ē q persone cōstituuntur per proprietates Respōdetur q locutio talis ē trāssūptiua seu metha. eo q sic ē i aliis rebus cōmuniter q per illud constituitur aliquid quo ē sine quo ē tale et quia eo ipso persona diuina aliā generat vel quo

Quō intelligit eē illō qd relatiue dr aliqd est excepto correlatiue.

sibi conuenit paternitas est pater. ¶ Ideo dicim⁹
q paternitas vel generare constituit patrem lo-
Ad.10. quēdo methapho. ¶ Ad. 10. dicendum q ē ibi idē
in deo dici ad intellectum aug. nō secundum sub-
stātiā q nō noīe absoluto sȝ relatiuo significari vl
exprimi hoc autē nomē pater vel filius ē nomen
relatiuū quia pater filiū pater sed cum hoc stat q
pater ad se. i. nō relatiue deus est vel subā. Unde
septimo de tri. ca 3. dicit q si pater nō est aliquid
ad seipsum nō ē iam qui relatiue dicatur ad ali-
quid igitur ex verbis suis nō pōt haberi quin pa
ter sit subā et etiā paternitas quia secundum euȝ
de⁹ hoc ē q habet ꝛc. igr de⁹ ē pr̄ itaigr et cō̄ p cō-
uersionē paternitas est deus et per cōsequēs pa-
ternitas illa ē subā quod ē intentū et hec oīa sal
uātur per hoc q illa paternitas essētialiter ꝛ ad
Ad.11. se deus est sed personaliter et nō ad se paternitas
est seu pater. ¶ Et per idē patet ad. 11. quia dictū
Ad.12. anselmi itelligendum ē q nō significant conuerti-
biliter idem. ¶ Ad. 12 dicendum q ly cōmunicabi
le pōt sumi dupliciter i p̄dicato scilicet adiectiue
et substantiue primomodo est ista negatiua vera
nullum incōmunicabile tribus personis est cōmu
nicabile tribus personis quia nullum tale potest
cōmunicari tribus personis secundomodo negā-
da ē quia quelibet persona diuina est res que est
cōmunicabilis tribus personis scilicet essentia.
Ad.13. ¶ Ad. 13. negatur q essentia diuina sit nō homo ac
cipiēdo ly nō homo negatiue scilicet q essentia di
uina non sit hō. ¶ Ad Ma. dicendum q ipse ponit
vtrūq dicit eīn sic in fine capituli allegati ideoq
nō sic dicitur natura diuina esse homo vl facta ē
hō sicut dei filius quidā tamē idifferenter vtrūq
concessit hec illemet secundum dictum ma. impro
bat. Tamē pōt dici q magister negat istā essētia di
uina est homo sumptā secundū predicationē for
malem et tunc bene quia sic nō est vera sed solum
secundum predicationem ydētificā siue sub aliīs
verbis ipsa est vera sumpto predicato substātiue
sed nō adiectiue. Sed tunc restat dubitatio vtrum
hec sit vera iste hō est nō hō sumpto ly nō īfinite vi-
detur q sic quia iste hō est essentia q̄ est nō hō cum
ipsa sit pater que est nō homo igitur filius est non
homo. ¶ Respondetur negāda est cuius ratio pa-
tebit di. 4. vbi ponā vias et artem soluendi circa
diuina huiusmodi paralogismos. ¶ Nā paralo-
gismus qui est hic reducitur ad hunc palogismū
vel similem hec essentia est non homo hec essentia
Ad.14. est filius igitur filius dei est nō homo qui palogis
mus in suis similibus soluetur post. ¶ Ad. 14. ne-
gatur ista consequētia deitas est nō filius igitur
deitas non est filius nec regula pōt locum habet
in illa de predicato infinito vbi solum est predica
tio ydētifica vel vbi subiectuȝ supponit pro re cō-
muni illi pro quo supponit terminus infinitus in
predicato et etiā alteri sicut nō sequitur secundū
opinionem quorūdā platonicorum homo cōmu-
nis est nō sor. igitur homo cōmunis non est sor. qa
añs apud illos et apud pigam est verū et ɔñs fal
3. du. princi sum. ¶ Tertium dubium principale est, vtrum pa-
ter vel hoc demonstrato patre sit formaliter enti
tas aliqua vt hic vocetur predicatio formalis di
stincta contra ydētificā q sic videtur q hec predi
catio est formalis pater est res igitur ꝛ ista pater
est entitas cū res et entitas cōuertūtur igitur ex
cōsequēti sicut tres persone sunt tres res ita etiā
sunt tres entitates. ¶ Sed contra omnis entitas
est essentia aliqua ꝛ econuerso igitur si essent ibi
tres entitates ibi essent tres essentie hoc non vi-
detur sanum quia tunc essent ibi tres deitates qđ
est contra fidē Probatur si paternitas ita sit for-
maliter quedā entitas igitur esset formaliter q̄-
dā bonitas et per cōsequens deitas nō esset ita di
ligibilis sicut paternitas vel sicut paternitas et
deitas simul. ¶ Ista enim personalis et ꝓprie bo-
nitas videtur sibi vēdicare aliquē gradum dile-
ctionis super gradum debitum essentiali bonita-
ti cōmuni omnibus personis Probatur si pater
nitas sic sit formaliter entitas aut bonitas vel igi
tur finita vel infinita nō finita cōstat si infinita igi
tur aliqua perfectio simpliciter deest filio que cō
petit pr̄i et econtra. ¶ Ad istud dubium credo q
sic sit sicut probat ratio prima ¶ Ad primum i con Ad.1.
trarium dicitur q si ly essentia sumeretur transcē
denter cōuertibiliter cum ly entitas videtur mul
tis concedi posse q tres persone sunt tres essentie
et q ibi est essentia generans ꝛ essentia generata
et hec ē via frank. in lectura et similiter in glosa
quito de tri. ca 19. ¶ Sed ego dico q hoc vocabu
lum essentia non solet ita sumi cōmuniter in pro
posito sed tantum pro essentia diuina seu deitate
que est cōmunis tribus personis et tunc nō sequi
tur ibi sunt tres entitates igitur tres essentie.
¶ Ad secundū conceditur q paternitas est forma Ad.2.
liter bonitas eadem que est essentia ymo essentia
est bonitas cuiuslibet suppositi tam essentialis q̄
personalis ideo ipa ē diligibilis omi dilectione
debita essentie vel persone et etiam econuerso.
¶ Ad tertium dicendum ē q personalis bonitas i Ad.3.
diuinis est formaliter deitas ꝛ est infinita et, secū
dum hoc aliqui cōmuniter cōcedunt q in diuinis
sunt tres perfectiones et tres infinitates et tria i
finita sicut tres entitates pluralitate tamen sola
ꝑsonali nō essētiali et q vna persona esset aliqua
infinitas et aliqua perfectio simpliciter que alia
non esset et videtur aliquibus q non apparet cau
sa quare istud debeat negari sed hoc nō erit sumē
do perfectionē simpliciter sicut cōmuniter sumūt
doctores pro eo quod i quolibet ē melius ipsum
q̄ nō ipsum pro esse tale quale cuilibet melius es
set esse q̄ nō esse tale. i. quale si sic est melius q̄ si
nō sit tale. ¶ Sic enim loquendo pater nō est aliq̄
perfectio simpliciter quin filius sit illa et ecōuer
so. sȝ sumendo perfectionē simpliciter p perfectio
ne infinita sine omni iperfectione videtur quibus
dā q ibi possunt concedi multe perfectiones vt di
ctum est ista sunt recitata solūmodo ex persōis sic
dicentium quos in hoc non video reprobandos q̄
ad sensum quicquid sit de verbis sine omni medio
assertione. ¶ Unde nota q ratio infiniti congruit
quātitati sed in diuinis solum est vna quantitas
seu magnitudo essentialis igitur ibi non sunt plu
res infinitates et eodē modo de perfectione et bo
nitate. Unde si concederetur q ibi essent tria infi
nita non tamē sequitur igitur tres īfinitates nec
etiam sequitur ibi sunt tria perfecta igitur tres p
fectiones nec sequitur tres boni ergo tria bona
quia vna infinitas vna perfectio et vna bonitas
est qua talia sunt īfinita perfecta et bona nihil ta
men cogit ad ponendum tria talia īfinita sed suffi
cit q tres persone sint vnum īfinitum vel vnus īfi
nitus ꝛc. Quia secundum anselmuȝ de processiōe

spiritus sancti ca.2. sicut singule persone siue plu-
res simul sunt vnus deus sic non est nisi vnus eter
nus et subdit similis est consequētia si deus dicitū
creator siue iustus siue aliquid aliorum in quib⁹
4. dubium nulla intelligitur relatio. ¶ Quartum dubium
contra tertiam et quartam conclusiones quia vi-
detur q̄ in eadem persona essentia et proprietas
formaliter distinguantur sicut arguit scotus li.1.
di.2. in hac materia per beatum augustinuȝ septi
mo de tri. ca.2 de magnis vel sexto de paruis om
nis essentia que relatiue dicitur est aliquid exce
pto relatiuo sicut probat inductiue vt homo dn̄s
equus archa nūmus. Ex quo concludit in princi-
pio ca.3. quapropter si pater nō est aliquid ad se-
ipsuȝ nō est omnino qui relatiue dicatur ad aliud
igitur in re essentia ad se et non ad aliud et in re
pater inquātum pater relatiue dicitur non autem
formaliter entitas ad se et nō ad se Item ca.8 si
deus relatiue subsisteret sicut relatiue gigneret
et relatiue dicitū iam subā nō erit subā quia relati
uū erit. ¶ Sicut enim ab eo q̄ est esse essentia ap-
pellatur ita ab eo q̄ ē subsistere substantiam dici
mus absurdum ē vt subā relatiue dicitur omnis
enim res ad seipsam subsistit quāto magis deus z
tamen sicut vlterius dicit scotus per hoc non vult
augustinus habere q̄ sit simpliciter diuersitas vel
non ydētitas realis subē et relationis non enim
illud quo pater est pr̄ est aliud ab essētia sed idē se
cūdū ipm̄ et augustinum. 11 de tri. ca.4. et dr̄ sim
plex dicitur deus quia ē hoc quod habet excepto
eo q̄ relatiue quecūq̄ persona ad alteraȝ dicitur
nec est ipsa sicut pater habet filium nec est filius igi
tur quicquid habet pater in se ad quod per cōse-
quēs relatiue non dicitur ipse est vera ydētitate
et tamē non formali vt iā deductū est. probatur
sicut arguit ibi scotus non videtur intelligibile
q̄ essentia non plurificetur et supposita sint plura
nisi aliqua distinctio ponatur inter rationem essē
tie et rationem suppositi precedens omnem actuȝ
intellect⁹ creati ꝛ icreati quia pm̄ū suppositū reali
ter habȝ entitatē cōmunicabilem alioquin nō pos
set eam cōmunicare et habet etiam entitatē reali
ter incōmunicabilem alioquin nō esset positiue ꝛ
sic in entitate reali suppositum et intelligo sic rea
liter quia nullomodo per actum intellectus cō-
siderātis hoc enim voco esse ibi ante omnem actū
intellectus non est aliqua entitas ante omnem a
ctū intellectus cōmunicabilis ita. s. q̄ sibi contra
dicat cōmunicari ante omnem actum intellectus
hoc est non precise per itelligere nisi sit aliqua di
stinctio inter hanc ydētitatem entitatem et istam
igitur hanc rationem approbat olzam reputāecā
efficacem et ideo cum scoto concordat in conclu-
sione di.2. pri. q. vltima licet aliter tenuerunt re-
spondendo in scholis et confirmat eam sic q̄ncūq̄
aliqua sunt idem omnibus modis ex natura rei
quicquid cōpetit vni et alteri nisi aliquis modus
logicalis vl̄ grāmaticalis ipediat ¶ Sed posito q̄
pater et pat̄nitas habeant omnes modos grāma
ticales logicales omnino similes quales habet
hoc nomen essentia adhuc hec est vera essentia ē
fili⁹ et similiē hec est vera pater nō est filius igitur
illud quod negatur de patre et affirmatur de eēn
tia non posset continuare propter diuersitatem a
liquam modorum grāmaticalium vel logicaliuȝ
igitur precise hoc ē ratione alicuius alterius mo
di nō ydētitatis inter istud quod significatur per
patrē et istud quod significatur per essētiā vnde ē
et ex natura rei aliquis modus non ydētitatis.
¶ Confirmat sic quia quātūcūq̄ predicatum ali-
cuius propōnis verificatur de illo pro quo suppo-
nit subiectum ꝛ isto modo grāmaticali vel logica
li quo denominatur predicatū in esse subiecto et
cōuenire tūc illa propositio ē vera sicut declarat
per exempla album ē homo album potest esse ni-
grum tunc quero sic dicendo essētia ē pater fili⁹
est pater aut subiectū l vtraq̄ pro eodē omnibus
modis a parte subiecti supponit aut non. ¶ Si sic
vel vtraq̄ erit vel neutra si non hoc est intentum.
¶ Item confirmat hoc sic q̄ñq̄ aliqua noīa signifi
cant idem omnibus modis ita q̄ in significato nul
la penitus sit distinctio vel non ydētitas et habēt
similes modos significandi igitur sunt synonima
igitur quicquid verificatur de vno significatiue ꝛ
personaliter sumpto verificatur de reliquo eodē
modo sumpto igitur si hec sit vera essentia est fili⁹
hec erit vera paternitas ē filius quod patet falsū
¶ Item argui potest per omnia argumenta facta
Ad primū. prius contra cōclusionē primā et secundā. Ad pri
mum istorum dicēdum ē q̄ vna simplicissima enti
tas personalis ē deitas ad se et paternitas ad fi-
lium nec plus periculi ē ibi q̄ q̄ albedo sit eadeȝ
ad se color vel ens et ad aliud similitudo et ad a-
liud dissimilitudo. Et cū infert scotus ē igitur in
re essentia ad se et non ad aliquid et in re pater et
ad aliud conceditur licet enī essentia sit pater ad
filium ipsa tamē non ē essentia ad filiuȝ sed ad se
idest non respectiue in ordine ad aliud Unde si ac
cipiat q̄ essētia i re sit ad se et nō ad aliud negan-
duȝ est q̄ ipse est pater in ordine ad aliud nisi itel
ligatur q̄ ipsa non existit idest nō est essentia in or
dine ad aliud quod verum est econuerso etiā cō-
cedo q̄ pater est ad aliud et etiam ē aliquid ad se
quia ē essentia vnde patet q̄ eadem entitas vl̄ di-
uinitas aut pluralitas vel persona ē ad se et ē pa
ter ad aliud vnde nō sequitur q̄ igitur pater aut a
liquid in patre ē ad se et nō ad se. ¶ Ad secunduȝ Ad secūdū
per idem cōcedo q̄ deus nō subsistit relatiue sicut
gignit relatiue ꝛ etiā cōcedo si deus subsisteret re
latiue ita q̄ scilicet relatiue et in ordine ad aliuȝ
esset subā sicut in ordine ad alium est pater tunc
subā nō esset subā. ¶ Sed ex hoc non sequitur di-
stinctio in isto q̄ simul ē subā et pater sicut exem-
plificatum ē i precedenti solutione et ideo dedu-
ctio sco. vlterior deficit in eo q̄ ex dictis augusti-
ni presupponit ibi eē aliquā eē distictionē vbi nul
Ad tertiuȝ la ē nec ibi sequitū ex dictis aliqua eē. ¶ Ad.3. cuȝ
dr̄ q̄ pm̄ū presuppositū habet realiter et non per
actum intellectus entitatē cōmunicabilē si illud
intelligatur trāssumptiue illud non ē verum si in
transitiue vt sit sensus pater ē entitas cōmunica-
bilis scilicet deitas verum ē sic etiam pater habȝ
deitatem nō cōmunicabilem intelligendo hoc in-
transitiue. i. ē entitas incōmunicabilis. s. paterni
tas sed cuȝ vlterius sumit q̄ non ē aliqua entitas
cōmunicabilis et alia entitas incōmunicabilis ni
si sit aliqua distinctio conceditur sed non est ita in
proposito de deitate et paternitate q̄ sit alia et a-
lia dico enim q̄ ibi est entitas cōmunicabilis ꝛ en
titas icōmunicabilis sicut videtur di.4. ¶ Dicea
non intendebat scotus vt faceret l ly alia cum di-
cit et alia entitas icōmunicabilis sed sufficit sibi

ꝙ non est aliqua entitas realiter cōmunicabilis ante omnē actum intellectus et entitas simpliciē incōmunicabilis nisi sit ibi aliqua distictio āte omnē actum intellectus inter hanc entitatem et illā nego sed sufficit vel ꝙ sit distinctio īter hanc ⁊ istā vel ꝙ hec et ista sint res distincte sic ꝙ hic sit vna istarum distinctarum et ista nō sit vna istaruꝫ sicut paternitas et deitas sunt pater et filius distincti et deitas ē vnus illoruꝫ scilicet filiꝰ et paternitas nō ē. ¶ Ad primā cōfirmationē oīam conceditur

Ad primā. maior ⁊ minor ⁊ conceditur etiā ꝙ proprietas patria et deitas nō sunt oībus modis iuicē idem ex natura rei quia nō cōuertitur nec adequate quia cum ex natura rei sit deitas plura ꝙ̄ pater. Sed ex hoc nō sequitur vltra sicut iste arguēdo supponit igitur inter deitatem et patrē ē aliquis modus nō ydētitatis vel distinctionis quia pīis modum aliquē ydētitatis negat. Secunda modum aliquē non ydētitatis cōfirmat. exēplum tu nō es oībus coloribꝰ coloratus igitur tu es aliquo colore nō coloratus quia aīs ē verum ⁊ ꝯñs falsum igitur includit contradictionē. ¶ Ad secundā cō-

Ad secūdā firmationē dicitꝰ ꝙ subā istarū propositionū essētia eī pater filius nō ē pater nō supponunt pro eodem oībus modis ex natura rei ymo pro nullo eodem ibi supponunt vt superius declaraui ī primo dubio secundi articuli nec etiā supponunt pro distinctis ex natura rei sed sufficit ꝙ hic et ille sint res distincte modo prius dicto cum quo etiā stat ꝙ hec ⁊ ille sint perfecte idem licet nō cōuertibiliter aut synonime. ¶ Ex eadem patet ad tertiam cōfirmationē posset etiā dici iuxta prius notatuꝫ ꝙ ī vtraqꝫ subiectum supponit pro eodem ꝙ ē res distincte ¶ Quintum dubium cōtra cōclusionē qn-


5. dubium. tā quia videtur ꝙ essentia et proprietas personalis ī eadē persona distinguntur formaliter quia sequitur hoc ē et illud ē et hoc nō ē illud igitur distinguntur ab illo igitur eodēmodo sequitur essētia ē et paternitas ē ⁊ essētia nō est formaliter paternitas igitur essētia distinguitur vel differt formaliter a paternitate et vltra igitur essētia ⁊ paternitas differunt formaliter. Dicendum ꝙ nō est simile nā per istā hoc nō ē formaliter illud nō notatur ꝙ hoc nō sit illud sꝫ ꝙ nō sit taliter puta nō per se primomodo sicut istud sed per cōsequēs cū dicitur hoc distinguitur formaliter ab isto denotatur ꝙ hoc distinguitur ab isto et per cōsequens nō sit illud et per hoc ꝙ formatur distinguatur ab isto. i. per se primomodo formaliter ei nō ē determinatio distrahens nec diminuens. ¶ Sextum dubium contra septimā cōclusionem que dixit ꝙ deitas et proprietas personalis idē sunt formaliter

6. dubium quia nulla passio alicuius superioris predicatur per se primomodo de aliquo per se inferiori ad tale superius sed idem et diuersum sunt passiones entis et deitas et paternitas per se cōtinētur sub ente igitur essentia et paternitas nō sunt formaliter per se et primomodo idem Dicendum ꝙ nō est dictum ꝙ sunt formaliter idem eo ꝙ predicatum postpositum copule appellat suā formā sed ꝙ idē sunt formaliē ¶ Septimū dubium contra octauaꝫ cōclusionē di. ꝙ deitas nō est per se primomodo a-

7. dubium liqua persona diuina quia animal per se ē homo igitur deitas per se est pater cōsequētia patꝫ ꝑ te quia deitas ē cōmunis ad patrē realiter sicut animal ad hominē intētionaliter antecedens probatur quia hec animal demōstrando fortē per se est homo arguitur ab inferiori ad superius ¶ Respōdetur ꝙ non est simile qꝛ subiectum huius deitas est a in isto sensu supponit nec natum est supponere pro patre sicut facit ad sensum priorem sumpto subiecto. ¶ Octauum dubium est contra nonā cō- .8. du.

clusionē dicentē ꝙ deitas non ē oībus modis eadē psōe qbꝰ sibi ipī qꝛ si deitas ñ essꝫ hec psōa tñ deitas eēt sibi eadē oībꝰ modis qbꝰ ipsa sibi ipsi sꝫ nihil decrescit huic ydētitati ex hoc ꝙ simul eque perfecte deitas sit eadem alteri persone igitur. Probatur hoc videtur dare oppositum aliorum ꝙ ibi sit aliquis modus nō ydētitatis quod tu negasti Dicendum ē ꝙ aīs istius conditionalis includit contradictionē et ideo vtrāqꝫ partē contradictionis infert detur igitur ista maior ꝯditionalis sed minor tunc neganda est sed quia eo ipso ꝙ deitas de facto ē tres persone et persona non ē tres persone deitas ē realiter cōmunis huic persone ⁊ alijs et per cōsequēs eo ipso repugnātia ē ꝙ ipsa conuertitur sic eadē huic persone. ¶ Ad primum

Ad primū. argumētum principale respondet prius in alia qōne di. 6. et partim etiā patet ad illud ex solutione principalis dubij et plus patebit vbi soluetur iste palogismus et alij in proxima questione. ¶ Ad secundum patebit questione septima quam ponā in presenti di. pro. di 36. ¶ Nota circa septimum dubiū ꝙ ista nō ē per se primomodo animal est homo nec etiā ista hoc animal ē homo et si daretur ꝙ ita per se hoc aīal ē homo non tamen sequitur ꝙ ista sit per se animal ē homo quia nō oportet si predicatum dicitur per se de aliquo termino ꝙ idē predicatum dicatur per se de quolibꝫ superiori ad talem terminum et sic patet ꝙ instātia non procedit in sensu cōposito si autem intelligas istam animal per se ē homo in sensu diuiso sicut iacet concedo eam et eodem modo istam deitas per se ē pater sicut istam albuꝫ per se edificat que omnes possunt expositione concludit.



Secundo quero p di. 4 primi vtrum deus genuerit deum Videtur ꝙ nō Aliquis deꝰ nō genuit deū et nō ē nisi vnus deus igitur nullus deus genuit deum maior patet quia aliquis deus qui ē pater filius et s. s. vt patet in textu sed deꝰ qui ē pater et filius et. s. s. non genuit deum quia subiectum huius nō potest vere hic supponere nisi pro deitate et deitas nō genuit deum. ¶ Confirmatur ista maior quia iste deus demonstrato filio vel. s. s. nō genuit deum igitur Probatur pater generat filiū igitur distinguitur a filio per illud mediū quia nihil generat se igitur pari ratiōe sequitur deus generat deum igitur distinguitur a deo iteꝫ sicut aꝫ in lfa vel genuit se deum vel alium deum ¶ Ad oppositum pater genuit filium igitur deus deum cōsequētia tenet quia vterqꝫ ē deus. ¶ In ista questione primo volo respondere ad. q. et ad argumenta principalia. secundo inquirere modū soluendi paralogismos circa materiam trinitatis de quo dico breuiter ꝙ sic sicut sufficienter. Probatur per Ma. 4 di. hic tamen pōt inquiri de varia suppositiōe et significatione istorum ter-

minorum deitas deus. ¶ Sed o͞ra d1.4. primi de hoc prosequit satis apte. ¶ Ad primum argumentum de hac negatiua de⁹ non genuit deuz videtur ꝯtra in ⁊ etiã p augustinũ di 4 ⁊. q. prima ⁊ michi cum eis q͞ eũdo ad proprietatẽ sermonis ita esset ista vera deus nõ generat deũ sumendo subiectuz pro filio vel. ss. sicut ista ꝓ patre deus generat deũ ⁊ ita dicendum est de istis deus nõ ẽ pater de⁹ non est filius tñ vt ipsi exprimunt in sentẽtia ꝗrũ ẽ ex vsus accommodatione sic nulla istarũ est cõceden da qꝛ idem sens⁹ recipitur p hereticos ꝓ simplicibus fallendis in istis ꝓpositionib⁹ deus non generat ⁊ nullus deus generat deus non est pr ⁊ null⁹ deus est pater. ¶ Exemplũ augustini ad hoc est vt sequitur si quereret an columba fuit ĩ archa noe et diceretur q͞ columba nõ fuit ibi intelligeret q͞ nulla colũba fuit ibi nõ quidẽ ad ꝓprietatem sermonis eũdo sed ad vsus accõmodationẽ patet igitur ad argumentũ q͞ vsus non recipit maiorẽ pro pter causã iam dictam. ¶ Contra ista stat argumẽtum sumpta maiori ad ꝓprietatẽ sermonis qꝛ sic esset vera ⁊ de minori non ẽ dubiũ igit sequit conclusio ¶ Respondetur negando discursũ qꝛ ly de⁹ in maiori ⁊ in cõclusione stat notionaliter in minori vero essẽtialiter qꝛ aliás esset falsa sicut ista nõ est nisi vnicum suppositum vel habens deitatẽ: et ideo discursus iste equiualet isti aliquod suppositum diuinum non genuit deum et non est nisi vnica deitas igitur nullum suppositum diuinum genuit deum quem discursum constat non valere.

¶ Ad secundum conceditur prima consequentia sꝫ negatur secunda licet enim ista sit bona sor. generat platonem igitur sortes distinguitur a platone non tamen ista homo generat hominem igitur distinguitur ab homine. ¶ Ad tertiũ respondet ma. q͞ non sequitur igitur genuit se deum vel aliuz de um causa est quia per istam deus genuit alium deum sancti intelligunt q͞ deus genuit aliquem habentem aliam deitatem propter hereticos ne illi deciperent simplices. ¶ Si autem apud aliquem nota alietatis conciperetur exercere suum significatum non circa deitatem sed tantum circa suppositum habens deitatem in ista deus genuit alium deum ita q͞ esset sensus deus genuit alium habentem deitatem vel aliud suppositum deitatis vel alium qui est deus intellectus eius non esset malus licet vsus loquendi sanctorum non recipiat illum sensum in dictis suis propter causam predictam. ¶ In creaturis autem nõ video q͞ similis cõsequentia esset negãda dices si de⁹ generat deum cum tamen sit vnus deus igitur de⁹ generat ⁊ generatur ꝯñs est falsum qꝛ si in cõsequẽte ly de⁹ supponit essentialiter siue simpliciter iuxta modũ aliorum loquẽdi ꝓ deitate patet quod ẽ falsum qꝛ deitas nec generat nec generatur sed etiaz supponit personaliter pro aliquo supposito diuino iterum falsum est quia nullum tale generat ⁊ generatur. ¶ Respondetur negando consequentiã accipiẽdo ꝯñs copulatim sed bene verũ esset cõsequens copulatiue. Dices de⁹ est pater et fi. ⁊. ss. quia deus est trinitas sicut patet in textu di. 4. igitur deus ẽ generans est genitus igitur deus generat et generatur quia omne verbum tale exponitur p suũ participium et hoc verum est ⁊ econtra licet aliqui negant cõsequentiã in quibusdam a verbo ad suum participium. sicut non sequit scd̃m eos ⁊ ꝓbabilit in hoc dicunt cesar depingit igitur cesar est depictus cesar intelligit igit cesar est intellect⁹ vel intellectũ antixp̃s põt esse igitur antixp̃s est potens esse et sic de similibus et tamen ecõuerso nunq̃ videtur esse instãtia nisi detur in proposito. ¶ Respõdetur distinguendo primũ ꝯñs. s. istam deus est generans et genit⁹ qꝛ si ly generans ⁊ ly genitus accipiuntur ibi adiectiue ita vt ibi sit ꝓdicatio formalis seu per inherentiã tunc negat prima consequentia si autem accipitur substantiue ita vt ibi sit ꝓdicatio formalis seu per inherentiam tunc negatur prima consequentia. si autem accipitur substantiue vt autẽ ibi sit predicatio ydemptifica solum conceditur prima consequentia et negatur secunda cõsequẽtia nec tñ debite arguitur per regulam predictam de verbis et suis participiis eo q͞ participia vere participialiter accepta adiectiue sumuntur in propositione sicut sua verba. Nota q͞ iste terminus deus qualitercunq̃ supponat in propositione saltem significatiue semper supponit tam pro essentia q̃ pro qualibet persona sed quando supponit simpliciter siue essentialiter vt alii dicunt tunc sibi correspondet conceptus absolutus .i. deitas. ¶ Sed quando supponit personaliter correspondet sibi conceptus predictus determinatus per conceptum alicuius proprietatis ꝑsonalis ita q͞ aggregatum ex illis duobus conceptibus significat deitatem que est pater generãs vel que est filius genitus vel que est spiritus sanctus procedens ab vtroq̃ vel potest dici q͞ quando sumitur personaliter sibi correspõdet vnus cõceptus personalis vel notionalis et tunc vlterius de illis conceptibus. ¶ Dicenduz est q͞ suppositio simplex vt essẽtialis cõceptus ĩ diuinis ẽ acceptio illi⁹ in ꝓpositione respectu alicui⁹ ꝓdicati ꝓ suo significato absolute ⁊ scd̃m se ꝑsonalis vero ẽ acceptõ eiusdẽ ĩ ꝓpositiõe equiualens termino ꝑsonali vel notionali q͞ fieri põt manẽte ꝓcise eodẽ conceptu quo aliqs sic vtit ad placitũ in ꝓpositione. ¶ Item scd̃m aliquos bene cõcedit q͞ in ista deus genuit deũ subiectũ supponit ꝓ ꝑsona ⁊ nõ ꝓ essentia licet tñ essentia sit res ꝓ qua supponit quia ex parte rei sic ẽ q͞ pater generat ⁊ q͞ essentia nõ generat igit licet pater ⁊ essentia sint idẽ nec tñ cõuertibiliter nec omodo idẽ qꝛ essẽtia ẽ eadẽ sibi ipsi vel pater sibi ipsi igitur nõ est icõueniẽs q͞ aliquis termin⁹ supponat ꝓ patre ⁊ nõ ꝓ essentia et ecõuerso. ¶ Scd̃s articul⁹ de solutiõe paralogismorũ q̃ solẽt fieri ĩ diuinis ⁊ sit pm⁹ hec essẽtia diuia est filius hec essẽtia diuina ẽ p̃nitas diuina igit paternitas diuina ẽ fili⁹ vel negatiue sic hec essẽtia ẽ fili⁹ hec p̃nitas nõ ẽ fili⁹ igr hec p̃nitas non ẽ essẽtia. ¶ Itẽ ĩ vniuersalib⁹ affirmatiue oĩs essẽtia dia ẽ fili⁹ oĩs p̃nitas diuia ẽ essẽtia diuia igr oĩs p̃nitas dia ẽ fili⁹ vel negatiue sic oĩs essentia dia ẽ fili⁹ nulla p̃nitas dia ẽ fili⁹ igr nlla p̃nitas dia ẽ essẽtia dia. ¶ Itẽ posset argui cũ v̾bo adiectiuo sic iste pr̃ gñat iste pr̃ ẽ hec essẽtia diua igit hec essẽtia diuia gñat vel negatiue sic iste pr̃ generat hec essentia nõ gñat igit hec essẽtia nõ ẽ iste pr̃. Itẽ affirmatiue sic oĩs pr̃ ĩ diuis gñat oĩs essentia diuina ẽ pater igitur oĩs essentia diuina generat: vel negatiue sic omis pr̃ in diuinis generat nulla essentia in diuinis generat igitur nulla essentia in diuinis est pater. ¶ Et sicut argutum est in illis de actu exercito sic argui potest in illis

2. articulꝰ vbi ponit aliq paralogismi q̃ solẽt fieri in diuinis.

de actu signato sic de hac essentia verificatur q est filius hec essentia ē pater igit de patre verificat q est filius vel negatiue de hoc patre verificatur q generat de hac essentia non verificatur q generat igitur hec essentia nō est pater. ¶ Et in vniuersalib⁹ argui pōt affirmatiue ꝛ negatiue ꝓpositionaliter sicut p₃⁹ i illis de actu excercito. Item in illis de actu excercito in plurali nūero posset sic argui pater generat ꝛ fili⁹ generat ꝛ pater ꝛ fili⁹ sūt idem igit idem generat ꝛ generatur vel sic vt supra tactū est i primo dubio precedētis questionis in actu signato de essentia ꝛ de patre verificantur cōtradictoria vel sic de patre ꝛ filio verificantur cōtradictoria filius ꝛ pater sunt idem vel pater ꝛ filius sunt deitas igitur de eodem verificantur contradictoria vel sic in alia forma negatiue pro nullo eodem verificantur simul contradictoria ꝓ paternitate ꝛ essentia verificant cōtradictoria similiter ꝓ patre ꝛ filio verificantur contradictoria igitur pater ꝛ essentia non sunt idē similit igitur pr̄ ꝛ filius non sūt idē. Circa istos ꝛ similes paralogismos soluendos primo ponā cōclusiones negatiuas aliquas et affirmatiuas circa artem aliorum ꝛ in sequenti questiōe ponā vias ꝛ artem cui plus assentio. hic primo videndū est an regula anselmi de hoc sufficiat cōiter allegata omnia sūt vnam vbi non obuiat relatiōis oppositio. Uerba aūt ei⁹ de processione. s. sunt ista sic igit hui⁹ vnitatis ꝛ huius relationis cōe se contēperāt vt nec pluralitas q̄ sequit relationē trāsiet ad ea in quibus predicte vnitatis simplicitas sonat vnitatem nec vnitas cohibeat pluralitatem vbi eadē relatio signatur quaten⁹ nec vnitas amittat aliqū suum ꝯñs vbi nō obuiat aliqua relationis oppositō nec relatio perdat qd̄ suum ē nisi vbi obsistat vnitas inseparabilis. Uult dicere q ex essentiali vnitate non posset inferri ꝯñs quod repugnat personarum pluralitati nec ecōtra ex pluralitate psonaru₃ q repugnat vnitati essētiali deitatis ꝛ psonarum in deitate dicēdū ē q sic quo ad hoc vt sciamus circa materiā vnitatis dei ꝛ distictiōis psonarū discernere paralogismū a sillogismo nō aūt ad assignandū quis defectus sit in tali paralogismo vt plane videatur q̄ sit causa apparentie ꝛ non existētie. p istā eni artē bene scio q non seqtur iste pater generat iste pr̄ est essentia igit essentia generat qr per regulā anselmi p̄dictam cōstat q nihil possum bene cōcludere de essentia ex actu psonali q tollat vnitatē ꝛ indistictionē vel indiuisionē in essentia generare aūt infert eā rem q̄ generat distingui a genito nihil eni seipm gignit. Eodē modo si sic argueretur pater distinguit a filio sed hec essētia est pater igitur hec essētia distinguit a filio. similiter arguit sic hec essētia est indistincta a filio hec essentia ē pater igit pater ē indistinct⁹ a filio hec igitur ars supponenda ē sicut vera ꝛ bona ꝓ defectu sciēdo. Et si dicat q ars ista deficiat i isto paralogismo hec essētia ē s. hec essentia ē pater igit pater ē. s. hic eni non obuiat relatiōis oppositō. quia paternitas non est relatio ad. s. Respondetur q vtiq₃ obuiat relationis oppositio: quia pr̄ seu paternitas realiter seu formalit est spiratio actiua. ¶ Sed q̄ posset eē q̄rēdū quare deficit talis sillogismus sufficit ne dicere q in talib⁹ nō ē vnitas medij ꝛ ideo sit fallacia accidentis sicut dicit Cāpsale ꝛ okam i suis responsionib⁹ ordinariis vide

Argumenta canonis q i palogismis circa dīa non sit fallacia accidētis ex variatiōe medij.

tur q sic nā hec essentia ē tres res abiuicem distincte. s. tres persone igitur ei⁹ vnitas nō sufficit ad concludendū extremū de extremo. ¶ Sed cōtra arguit Cāpsale arti. 4. hui⁹. q. ꝛ de hac materia q̄stio itelligat vbicū₃ quotauero eū post i hac q̄stione p̄mo sic nisi vnitas essētie sufficiat ad bonū sillogismum esset diuina essētia quasi triplicata in tribus psonis q₂ nō esset in diuinis psonis eadem tali ydēptitate qualis reqrit esse in re. ad hoc q concept⁹ isti⁹ rei sit mediū sillogismi nō peccaret per variationē medij ꝛ p ꝯñs ipa essentia esset in psonis diuersis diuersificata ꝛ multiplicata multiplicatiōe opposita illi vnitati ꝛ ydemptitati sed ꝯñs ē fa. sū q₂ si dicat sic triplicata tunc ē triplex deus q ē icōueniens. ¶ Secundo sic deitas psonarū aut ē vna ꝛ eadē tanta vnitate ꝛ ydēptitate essentiali quanta hec essentia hui⁹ angeli sibi ipi vl̄ nō: si sic cū essentia illi⁹ angeli sit tanta vnitate et ydemptitate eadē sibi ipi q̄ respectu quorūcū₃ p̄dicatoꝝ su⁹ cōcept⁹ nat⁹ est eē mediu₃ boni sillogismi in quo nō sit variatio medij seqtur q multo forti⁹ sic erit in ꝓposito si dr̄ q non igit est aliqua diuersitas opposita illi vnitati vel saltē min⁹ repugnabit sibi ipsi talis diuersitas q̄ essentie illi⁹ angeli. ¶ Tertio ista vnitas sufficit ad contradictionem ꝛ tn̄ ad contradictionē reqritur maxima vnitas rei significate cū contradictio sit oppositō vni⁹ ꝛ eiusdē rei ꝛ scdm idē ꝛ eodēmō ista aut contradicūt hec essentia ē demonstrādo essentiā pris hec essentia nō est demonstrando essētiam filij igr̄ ꝛc. ¶ Quarto sic idē penit⁹ est medium in sillogismo in quo obuiat relatiōis opppositō ꝛ in sillogismo in quo non obuiat relatiōis oppositō igit non plus ē variatio medij in vno q̄ i alio q₂ si ē similis vnitas medij vtrobi₃ similis est variatio vel non variatio vtrobi₃. antecedens patet in istis sillogismis. hec essentia est deitas. hec essentia est paternitas. igitur paternitas est deitas. ¶ Alius est iste hec essentia est paternitas hec essentia est filiatio. igitur filiatio est paternitas in quibus patet q penitus idem est medium. ¶ Apparet mihi q quo ad multos paralogismos soluendos in hac materia ista causa est bona et sufficiens vtpote si arguitur sic hec essentia est pater hec essentia est filius igitur filius ē pater communitas enim medij termini que communitas ex hoc prouenit q deitas realiter communis ē patri et filio obstat ne possit concludi extremum de extremo non plus q̄ hic vbi est sola communitas sig̃ti homo est sortes homo est plato ¶ Et probatur secundum philosophum medio existente sufficienter hoc ad necesse est extrema coniungi. ¶ Contra non est simile quia in exemplo adducto medius termin⁹ supponit pro alio et alio sed in nostro proposito medius terminus supponit pro eodem indeterminato et indiuisibili. Probatur arguit Campsale q₂ q̄rumcun₃ in proposito obuiet relationis oppositō tamen non est ibi plus variatio medij q̄ i alio sillogismo in quo non obuiat relationis oppositō quia subiectum premissarum eque significat eandem rem et pro eadem supponit hic et ibi igitur oportet aliam viam dare quare bonitas sillogismi impediatur. Item q essentia sit tres res realiter distincte hoc non arguit ibi variationem medij quia non tollit quin subiectum maioris et minoris eque signat eandem essentiam sicut


in optimo sillogismo expositorio igitur. ¶ Ad primum istorũ dicendũ est q dato q medi⁹ terminus in premissis vtrobiq pro eodẽ supponeret dũ modo illud pro quo supponeret l vtraq premissarũ esset cõe ad illa pro quibus sumuntur maior et minor extremitas nihilominus esset ibi fallacia accidentis et cõsequenter nullo enim mõ posset ex vnitate aliquorum inter se distinctorũ in quodã cõi siue realiter sicut est in proposito et sicut esset scdm platonicos de essentia communi zc. siue cõitate signi vt patet in exemplo adducto argui vnitas illorũ distinctorum inter se vnde fallatia accidentis vt dicit burle⁹ bene fit sine variatione mediũ propter variationẽ minoris extremitatis in minori et conclusione. Et hic dico q in proposito non variatur medium sed nõ infertur cõclusio nata inferri ex pmissis eo q ydẽptitas aliquorum in re cõi nõ sufficit ad cõcludendũ eorũ ydemptitatem inter se. ¶ Et ideo dicunt talem non esse sufficientem vnitatẽ in medio ad hoc concludendum ex eo q ista vnitas est cois ex parte rei ad illa q in re distinguuntur inter se licet nõ, distinguunt ab isto cõi a parte rei per idẽ patet ad scdm et ad tertium. ¶ Ad argumenta principalia huius dubitatiõis dr q vnitas essentie sufficit ad bonum sillogismum quia premisse aliquam conclusionem inferre possunt sed non istã q ibi infertur sic arguendo hec essentia est filius hec essẽtia ẽ pater igitur pater est filius sed istam igit aliquid quod ẽ pater est filius et cum arguitur q aliẽ esset essentia in personis quasi triplicata dicendũ q non sequitur sed sufficit q sit trina sicut canit ecclesia quia tunc erit cõmunis realiter ad ista extrema et per cõsequens ex vnitate mediũ ad ista nõ sequitur earum ydemptitas mutua et hoc q medium non est sufficienter hoc aliquid propium sz cõmune. ¶ Ad scdm per idẽ licet ibi sit tanta vnitas essentialis ymo in infinitũ maior essentie diuine ad seipsam cũ ipsa est trina personaliter nõ sit hec natura angelica. per idem patet ad tertiũ et quartũ vlterius. Tamen addo q pdicta ars soluendi de cõitate reali mediũ non ẽ vniuersaliter sufficiens ad soluendũ paralogismos circa materiam istam nõ enim sequitur iste pater generat iste pater ẽ deitas ergo deitas generat et tamen mediũ non ẽ cõmune ad aliqua q ibi realiter distinguunt sicut nec hic omne illud quod est pater est pater omẽ illud qd est deitas est illud quod est pater igitur omne illud quod ẽ deitas ẽ pater. ¶ Item illa ars quasi in omnib⁹ paralogismis ex vniuersalibus et multis aliis non iuuat. ¶ Secundum dubium an suffi-

2. dubium. ciat ars soluendi de nõ ydemptitate formali. verbi grã iste pr non est filius iste pr est deitas igr deitas non est filius an sufficiat dicere q hec conclusio non sequitur sed hec igitur deitas nõ p se vel non formaliter est filius. Respondetur q non quia talis illatio ẽ olno ipertinens sicut si quererẽ. an sor. esset albus et tu responderes q nõ esset necessario albus. ¶ Itẽ arguit Campsale vel tu sumis formalit a forma pro vt distinguit contra materialiter sicut dicimus q statua est formaliter ymago cesaris sed materialiter est linea quia in diuinis non est distinctio per materiam et formam aut ly formaliter significat in propositione q ibi quedam distinctio vel nõ ydemptitas extra aiam inter paternitatem et essentiam propter quam nõ teneat sillogismus et hoc non quia illa distinctio vel nõ ydẽptitas diminueret a summa simplicitate vel ly forma est sincathegoreuma cõpositionis idem cũ hoc sincathegoreumatice per se pmo mõ et tũc illa ars non sufficit qz argumenta talia non concurrũt de perseitate propositionu per se primo modo sed absolute de nuda veritate sine tali modificatione sicut nec premisse sic modificantur. Item per hoc nõ soluerentur tales paralogismi. ¶ Arguitur enim sic hec paternitas distinguitur realiter a filio hec paternitas est realiter hec essentia igit hec essentia distinguitur realiter a filio. ¶ Itẽ ly formalit non ponitur in aliqua premissarum igitur non debet intrare conclusionem. ¶ Tertium dubium an 3. dubium. sufficiat soluere hmõi paralogismos exponendo diuersimode propositiones p vniuersalis et particulariter. verbi gratia hec essentia ẽ filius hec essentia est de⁹ si hec enim simpliciter postposita exponit per vniuersalem vt sit sensus hec essentia .i. oẽ quod est hec essentia zc. falsa est si per particularem vera est. Dico q licet ista via proprie accedat ad veritatem non tñ sufficit q nunq debet verum exponi per falsum sed ista hec deitas est filius verissima est et in professione fidei superius recitata igitur non est exponenda per falsam quia regula est q si exponens est falsa exposita erit falsa licet non oporteat econuerso. ¶ Item multi paralogismi sic non possunt solui. verbi gratia omne illud quod est pater est pater: omne illud quod est filius est illud quod est pater igitur omẽ illud quod est filius est pater conclusio est falsa quia fili⁹ nõ est pater. ¶ Quartum dubium an sufficiat quasdam propositiones in fide concesses exponere de 4. dubium ydemptitate essentiali et quasdam de distinctiõe personali. Videtur q sic quia sic arguẽdo hec essentia est pater hec essentia est filius exponendo vtrumq de ydemptitate essentiali sic hec essentia est idem patri essentialiter hec essentia est idem filio essentialiter si inferatur igitur filius est idẽ essentialiter patri sumpto ly idem substantiue cõclusio est vera. ¶ Apparet michi q non sufficit q iste discursus non valet omnis pater in diuinis est deitas igitur deitas distinguitur personaliter a filio nec sequitur omnis deitas est eadem personaliter filio omnis paternitas in diuinis est deitas igitur paternitas in diuinis est personaliter eadem filio. ¶ Item ista nullo modo est vera pater in diuinis est filius nec in aliquo sensu admittitur a sanctis vel a schola et tamen si posset exponi per patrem esse idem essentialiter filio haberet sensũ verũ. Probatur sequitur. a. est. b. vel deitas ẽ paternitas igitur est essentialiter idem sed non conuertibiliter quia non sequitur pater est idem essentialiter filio igitur pater est filius igitur propter concessionem istius pater est idem essentialiter filio non est ista concedenda pater est filius.

¶ Similiter sequitur. a. non est idem. b. igitur. a. non est. b. et non conuertibiliter quia tunc sequeretur pater non ẽ filius igitur nec ẽ idem filio cõsequens est contra decretum patet igitur q aliud significant propositiones cum modificatione tali et aliud sine ea igitur bonus sillogismus et regulatus in istis non propter hoc infert bonitatem sillogismi in istis et per consequens secunde non exponunt primas. ¶ Quintum dubiũ an ista ars 5. dubium quam dat vnus doctor iam existens sit bona. s. q hec propositio essentia non generat potest duplicit

exponi vno mō. i. essentia ē res q̄ non generat ⁊ sic
est falsa ex capitulo dānamus q̄ essentia ē pater
qui generat. ¶ Alio mō sic essētia non generat. i.
ista res vt essentia nō generat sed vt est pater: simi
liter cū arguit̄ hec essentia ē cōicabilis hec pater-
nitas nō est cōicabilis igit̄. ¶ Respōdet q̄ si minor
intelligat̄ sic q̄ hec paternitas non est ista res cōi-
cabilis falsa ē: si vō itelligat̄ sic q̄ ex hoc q̄ ē essē
tia ē cōicabilis ⁊ nō ex hoc q̄ est pr̄nitas vera est.
¶ Rn̄deo q̄ nō q̄ essentia cōis nullo mō generat
nec vt est essentia nec vt est pater q̄ ipa nullo mō
distinguitur a filio ⁊ si ipsa vt est pater generaret
filium distingueretur ab eo vt est pater sicut argu
it ma. di. quīta p̄mi ⁊ di. 4. ⁊ multis aliis locis cō
clusio falsa. Item si essentia cōis vt est pater gene
ratur igitur essentia generat cōtra decretum ɔña
patet q̄ hec modificatio vel reduplicatio vt ē pa
6. dubium ter non est determinatio distrahens vel diminuēs
igitur. ¶ Sextū dubium an sufficiat illa distinctio
de deitate singulorum vel singulis deitatis quam
tenet pigam. videtur q̄ sic inductiue q̄ si sic argu
atur in primo mō prime figure vbi maior est appa
rentis ois deitas est pater ois filius in diuinis est
deitas. igitur si maior distinguit̄ penes equiuoca
tionē eo q̄ posset fieri distributio pro singulis dei
tatis ⁊ tunc est falsa ⁊ discursus bon⁹ vel ꝓ deita
te singulorū ⁊ tunc est vera sed minor nō sumit̄ sub
ea. Exemplum patet in ista omne aial fuit i archa
noe ⁊c. ¶ Ista responsio concordat cū syrant̄. qui
distinguit ꝓpositiones hmōi per equiuocationem
eo q̄ iste terminus essentia diuina vel deitas vel
substantia diuina supponere potest singulariter ꝓ
deitate que est tres persone vel personaliter pro
hac vel ista q̄ deitas est. ¶ Et primo mō loquendo
deitas non generat nec distinguit̄ ab aliqua ꝑso-
na nec est incōicabilis ⁊ sic de similib⁹ sicut dicunt
ambo isti. ¶ Secundo modo generat et distinguit̄
⁊ est incōicabilis ⁊ sic de similibus. vnde secundū
syrant̄. in suppositione personali iste terminus dei
tas vel diuina essentia stat ꝓ tribus personis disiū
ctiue sicut iste terminus deus i hac ꝓpositione de⁹
generat ⁊ sicut etiā ista hab; tres singulares qua-
rum vnica tantū vera est. s. ista iste deus pater ge-
nerat sic ista essentia diuina generat accepto sub-
iecto personaliter habet tres singulares scilicet
hec essentia pater generat hec essentia fili⁹ gene-
rat hec essentia spiritus sanctus generat quarū
prima est vera. ¶ In suppositiōe vero simplici stat
pro natura communi tantum ita q̄ non distributi-
ue pro tribus personis et sic non habet nisi vnicā
singularem que est falsa hec ille. ¶ Ista in maiori
parte sunt vera et rationabiliter dicta tā pro eis
arguo. primo p̄ Ma. li. 3. di. 5. cap. primo post me-
dium vbi allegat augu. dicentem q̄ illa natura q̄
sēp genita emaneat ex patre naturā nr̄am sine pec
cato suscepit. ¶ Et post subdit Ma. vbi vehement̄
moueri possumus q̄ eā genitam eternaliter ex pa
tre dicit nisi forte naturā pro persona hic accipiat
non ꝓ natura trib⁹ personis cōi igitur pōt secun-
dum eum sic dupliciter sumi. ¶ Item di. 5. primi li
bri dicimus q̄ nec pater genuit diuinā essētiā ⁊c.
⁊ subdit hic laūt nole essētie itelligim⁹ diuinā na-
turā q̄ cōis ē tribus ꝑsonis per hoc renuēs q̄ alio
modo sumi possit primo ⁊ ibi ɔñter exponendo au-
ctoritatem sanctorū cōtra se q̄ dicūt naturā genera
te vel genitā esse exponit naturā ꝓ ꝑsona que est
natura. Probatur ista distinctio videt̄ bona quia
primū sensū quo ad suppositum simplicem dat de-
cretū. dicēs q̄ natura diuina nec generat ⁊c. ¶ Sʒ
secundum de suppositiōe personali videtur habe
re augustinus. hylari⁹ ⁊ ambrosius in auctorita- Richard⁹.
tibus allegatis a magistro. Item richardus. 4.
de trinitate capi. 7. nomē substātie nō tam quis q̄
quid significatur pro quid de proprietate commu
ni et illud quidē solemus accipere responsuri q̄
animal sit vel homo vel equus vel huiusmodi per
quis de proprietate singulari postq̄ constat de il-
lo de quo querimus q̄ sit homo ⁊ querimus quid
mathias vel berthold⁹ per quid interrogam⁹ vt
certificemur de qualitate substantie per quis vt
certificemur de proprietate persone. hec ille igit̄
substantia secundū eum accipi pōt ⁊ ꝓ natura cō-
muni ⁊ q̄nq̄ pro ꝑsona. Secundum hanc distinctio
nem respondere possunt q̄ ad oīa argumenta nō
solum affirmatiua sicut iam exemplificatum est. i
primo modo ꝑse sed etiā negatiua vt si sic argui
tur in. 4. prime figure nullus pater in diuinis est
filius quedam essentia diuina ē pater igitur que-
dam essentia diuina non est fili⁹ conclusio est vera
quo ad hunc intellectum. i. quedam persona diui
na que est essentia diuina non est filius. ¶ Dices p̄
Ma. cōtra istos si quedam essentia diuina non est
filius ⁊ constat q̄ quedam essentia diuina est fili⁹
igitur due sunt essentie diuine quarum vna est fili
us et alia non. dicit pigam q̄ non sequitur plus q̄ Pigam.
sint due essentie q̄ contra ma. q̄ sunt duo dii vnus
genit⁹ ⁊ alt⁹ nō. ¶ Et si dicat̄ q̄ sunt dii plures plu
ralitate personali non essentiali consimiliter vi-
deretur esse dicendum q̄ sunt plures essentie diui
ne personaliter seu pluralitate personali nō essen
tiali. ¶ Alii tñ vitāt hoc dicere ad quēcūq̄ itelle-
ctū. s. q̄ plures sint dii sicut vitat ma. ⁊ alii docto-
res cōiter ⁊ illi etiā simpliciter hn̄t hoc negare ad
quēcūq̄ sensū de essētiis lʒ ista via sit pulchre ꝓba
bilis ꝑcipue cū nola sint ad placitū ⁊ i itellectu Verba nō
nō discrepāt a vbis fidei nisi voce ten⁹ ⁊ vba non faciūt he-
faciūt heresim sʒ sēs⁹ ⁊ etiā forsan vt ꝓuisum ē au resim sʒ sen
ctoritates sāctorū plane cōtra ma. ⁊ determinatio- sus.
nem eccl̄ie scd̄m vocē reqrūt talem ɔtradictionem.
¶ Ista tñ via ē isufficiēs q̄ accepto isto ꝑalogis-
mo ois deitas ē pr̄ ois fili⁹ i diuinis ē deitas igit̄
ois fili⁹ i diuinis ē pr̄ dicet̄ q̄ maior ē falsa sūpto
subiecto ꝓ singlis deitatis scd̄m pigā vel ꝑsonalr̄
scd̄m syrāt̄. q̄ idē ē dicere ad mētē istorū sʒ vera est
ꝓ deitate singulorū ⁊ tūc minor nō subsumit̄ scd̄m
pigā. ¶ Cōtra sumo maiorē i sēsu cōcesso ⁊ mino-
rē sub ea i eodē sēsu sic ois deitas singulorū ē pat̄
ois filius est deitas singulorū ergo ois fili⁹ est pa-
ter cōclusio est falsa ⁊ premisse vere igit̄ ars ista
soluendi non est sufficiens. ¶ Quia secundū pigā
maior ē vera sed constat q̄ non plus deitas singu-
lorum est pater q̄ filius est deitas singulorū igitur
etiam minor est vera et debite sumpta in eodem
sensu sub maiore. ¶ Similiter arguit̄ cōtra syrāt̄.
ois deitas cōis trib⁹ ē pater ois filius in diuinis
est deitas cōis trib⁹ ꝑsonis igr̄ ois fili⁹ i diuinis ē
pater cōclusio falsa ⁊ premisse vere igit̄. ¶ Similr̄
ois pr̄ in diuinis generat ois deitas cōis tribus ē
pater igitur ois deitas cōis trib⁹ generat. Item
ille pater generat iste pater est essētia communis
trib⁹ igitur essentia cōis trib⁹ generat. ¶ Ex qb⁹
pʒ q̄ ꝑ suā distinctionem non soluitur difficultas

quia non potest dicere q̄ conclusio vera est subiecto conclusionis et predicato minoris supponentibus personaliter et falsa si simpliciter quia rectitudo alterum sensum tantum vt patet in argumentis predictis adhuc stat tota difficultas ꝛc.



Tertio circa distictionem trigesimam tertiaꝫ.

Quero iterum ꝓ quarta di. Utrũ sit aliqua regula vel ars per quã consequenter solui possunt paralogismi facti circa materiam trinitatis. et talibus similes. ꝛ videtur q̄ non quia si aliqua talis esset cũ rectuꝫ sit iudex sui ꝛ obliq̄ ipa esset illa ꝑ quam regulantur sillogismi perfecti q̄ seipsis sunt euidentes forme arguendi nullo alio indigẽtes vt appareãt boni scd̃m p̄m̃ primo priorum. Et iterum sillogismus est oratio in qua quibusdam positis ꝛ cõcessis necesse est aliud euenire. ¶ Sed illud dari nõ põt eo q̄ forma sillogistica videtur defficere circa materiã trinitatis sicut patet inductiue currẽdo ꝑ oẽs modos trium figurarum ꝛ per sillogismos qui videntur expositoriũ. ¶ Contra ois paralogism⁹ circa materiã trinitatis peccat i materia vel in forma si in materia fides regulat vel scriptura si i forma solui poterit
1. articul⁹. per artem soluendi sophismata talia ꝛ ꝑ regulas logicales. Hic primo respõdebo ad q̄situm. ¶ Secundo discurrã ꝑ paralogismos scd̃i articuli p̄cedẽtis. q. ¶ Tertio mouebo dubia q̄ soluã. ¶ Quo ad primũ dicẽdũ ad. q. q̄ sic ꝛ q: vt pretetigi rectũ est iudex sui ꝛ regula obliq̄ igit̃ regula ꝑ quã tenet oia discurs⁹ bon⁹ sillogistic⁹ ẽ etiã r̃la ꝛ ars ꝑtinendi defectũ in ꝓposito cuiuslibet ꝑalogismi circa materiam trinitatis. ¶ Regula aut̃ ꝑ quaꝫ ois bon⁹ sillogism⁹ tenet quo ad oẽs modos triũ figurarũ est scd̃m p̄m̃ primo priorũ dici de oi vel dici de nullo. ymo addo q̄ ꝑ hac regulã equalent etiã ꝓbantur sillogismi expositorij qui licet p̄bus aliaꝫ regulam exprimat quo ad istos videt q̄ medio existente hoc aliq̄d necesse ẽ extrema cõiũgi tñ medius terminus sit exñs hoc aliq̄d ꝛ sufficienter sumitur. ¶ Aut ꝓpri⁹ equiualet medio termino iuxta primã regulaꝫ distribuio/ q: talem infert ꝛ ex tali infert. verbi gr̃a. iste hõ currit ꝛ iste hõ disputat demõstrãdo sor. vtrobiq̄ igr̃ disputãs currit si p̄dict⁹ sillogism⁹ sit bon⁹ bñ seq̄tur iste hõ currit igr̃ oẽ q̄d ẽ iste hõ currit ꝛ ecõuerso q̄ ad p̄mã premissã ꝛ suo mõ quoad scd̃am vel da q̄ nõ erit tunc ille sillogism⁹ regulat⁹ ꝑ scd̃aꝫ r̃laꝫ nec expositori⁹ verbi gr̃a. ymaginãdo naturã humanã cõmunẽ ꝛc Dicit̃ aut̃ iste sillogism⁹ regulari ꝑ dici de oi q̄ habet p̄missas sic vniuersales ꝛ cõclusionẽ debite dispositas in modo ꝛ figura ꝛ ꝑ istam vniuersalẽ denotetur q̄ nihil esset sumere sub subiecto qui n cõueniat sibi p̄dicatũ. Et ille sillogism⁹ regulat⁹ ꝑ dici de nullo q̄ cõponitur ex p̄missis ꝛ cõclusiõe sic disponit in modo ꝛ figura q̄ p̄missar illa q̄ est vniuersalis negatiua denotet q̄ nihil sit sumere sub subiecto a quo nõ remoueatur p̄dicatũ si igit̃ capiatur vna ꝓpositio ꝓ maiori vniuersali affirmatiua vel vniuersali negatiua q̄ non hoc denotet et per ꝯña que non sit sufficient̃ vniuersalis vniuersalitate req̄sita ad regulandũ sillogismũ vel dato etiam q̄ maior sit sufficient̃ vniuersalis ad regulandum affirmationem illataꝫ sui p̄dicati de omi eo pro quo subiectũ suum distribuitur si sit affirmatiua vel illationẽ negatiuam remotiuam eiusdem p̄dicati a quolibet ꝓ quo subiectuꝫ maioris etuidem distribuit si tñ sumat̃ sub aliquid ꝓ quo subiectũ maioris nõ est distributũ nõ valet ex forma illatio predicati illi⁹ maioris de tali sub sumpto in cõclusione vel remotio p̄dicati a tali in conclusione ꝛ per ꝯñs talis illatio nõ erit ex forma regulata ꝑ dici de omni vel per dici de nullo. ¶ Ad ꝓpositum igitur dico q̄ ideo peccant omẽs paralogismi facti in hac materia. quia non regulant̃ per dici de omni vel ꝑ dici de nullo. vel q: mediuꝫ non est hoc aliq̄d. i. propriũ sed cõe extremis ꝛ hec regula ad priores reducit̃. ¶ Nec est dicendũ q̄ in diuinis defficiat forme sillogistice q: hoc esset dare infidelib⁹ occasionem in fide catholica blasphemãdi eo q̄ forma sillogistica scd̃m p̄m̃ p̄mo posteriorũ ꝛ scd̃m veritatem nullo alio indiget vt euidens fiat. tales autẽ paralogismi peccant ꝑ eum per fallatiã ꝯñtis ꝛ añcedẽtis ꝛ figure dictionis. 2. articul⁹
¶ Ad primũ igitur dicendũ q̄ ibi est fallatia añcedentis ꝛ ꝯñtis q: mediũ non est hoc aliq̄d sufficiẽter sed cõe respectu extremoꝝ quoꝝ p̄dẽptitas infert̃ in cõclusione. ¶ Aliter etiã dici põt q̄ ois sillogismus expositori⁹ tꝫ ꝑ dici de oi vel dici de nullo equalenter. ¶ Et ideo defectus assignãd⁹ i paralogismis vniuersalib⁹ valet etiam in ꝓposito. ¶ Et hec responsio est eadẽ in re p̄mc vel infertur ex illa ꝛ econtra. ¶ Sciendũ tamen q̄ licet p̄dicta cõclusio nõ sequat̃ ex premissis illis aliqua tñ sequitur. s. ista igitur idẽ q̄d est paternitas est filius vel idem p̄nitati est filius quod patet q: ex opposito contradictio hui⁹ cõclusionis vel similis ꝛ altera premissarum sequitur contradictoria alterius premisse i sillogismo euidẽter regulato ꝑ dici de nullo. sic arguẽdo nihil q̄d ẽ paternitas est fili⁹ hec essẽtia ẽ paternitas igit̃ hec essentia nõ ẽ fili⁹ ꝛ ratio bonitatis primi sillogismi hui⁹ est q: mediũ respectu illi⁹ cõclusiõis est sufficient̃ hoc aliquid q: quoddã hoc vt ita loquar ꝛ nõ cõis. extremis sꝫ cõuertibile cũ altero eodẽ nã oẽ q̄d est hec essentia ẽ illud q̄d ẽ paternitas diuina ꝛ ecõuerso similiter dici põt ad argumenta de generare vel cõicabilia vel distingui vbi gr̃a iste pr̃ generat vel est icõicabilis vel distiguit̃ a filio ille pr̃ est essẽtia igit̃ essentia generat distinguit̃ vel ẽ incõicabilis non seq̄tur sed seq̄tur igit̃ aliq̄d q̄d ẽ essẽtia generat distiguit̃ ꝛ ẽ icõicabile vel seq̄tur igit̃ essẽtia ẽ distinctũ ꝛ icõicabile neutraliter sumpto p̄dicato et tũc cõclusio ẽ vera. ¶ Ad scd̃m ꝑalogismũ dꝫ q̄ nõ regulat̃ ꝑ dici de omni vel ꝑ dici de nullo vere vel equiualenter eo q̄ p̄misse non equiualent vniuersalibus vniuersalitate sufficienti ꝓ tali cõclusiõe inferẽda qualis infert̃ sed equalẽt particularib⁹ Uerbi gratia ista hec essẽtia ẽ fili⁹ non valet istaꝫ omne quod est hec essentia diuina est filius quia hec falsa est et prima vera sed valet particulareꝫ aliquid quod est hec essentia diuina est filius vel vniuersalem que non est de omni secundum hunc modum loquendi et ideo non regulat sillogismuꝫ plus q̄ ꝑticulariũ respectu illi⁹ ꝯclusiõis illate similiter scd̃a p̄missa hec p̄nitas nõ ẽ fili⁹ nõ valet istaꝫ nihil quod est paternitas ꝛc. ¶ Alit̃ dici põt q̄ subiectũ maioris non est sufficienter hoc aliquid et singulare singularitate requisita ad regulandum sillogismum licet autẽ iste p̄misse cõclusionẽ istaꝫ

non inferant inferũt tamẽ aliquã aliã. s. istam indirectam aliquid quod est hec essentia non ẽ hec paternitas quod patet arguẽdo ex cõtradictorio huius cõclusionis ꝛc. ꝛ causa ꝓpacta est q꞉ mediũ respectu illiꝰ cõclusiõis est sufficienter hoc aliqd. ¶ Cum dictis respõsionibꝰ concordat sco. di. 2 primi. q 4. ¶ Ad primũ argumentũ principale dicit q sicut in creaturis cõmune se habet vt quale quid singulare vero vt hoc aliquid ita hec essentia cois persona habet rationẽ qualis quid ꝛ persona habet rationem huius alicuius ꝛ ideo medium in dictis sillogismis est quale quid ꝛ non hoc aliquid. ¶ Ad tertiũ paralogismuꝫ cum arguitur sic omnis essentia diuina est filius. dicendum est q ibi est figura dictionis q꞉ voce tenus est illatio ista similis illatiõi regulate per dici de omni ꝛ tñ non sic regulatur ꝛ iterũ est ibi fallacia añcedẽtia ꝛ cõsequentis.

Nota ibi vnũ calculũ circa solutionẽ paralogismum.

sicut alibi ibi arguitur ex particularibus ex quibus scdm põm nihil sequit q꞉ maior nõ est sufficienter vniuersalis nec etiã minor vniuersalitate reqsita ad bonitatẽ sillogismi iferẽtis cõclusionem vniuersalem vel etiã particularẽ de ꝓcisis terminis ꝓmissarum licet aliquã aliã ꝛc. ꝛ ideo non regulat sufficiẽter p dici de omni ꝛ hoc patet q꞉ dicẽdo omnis essentia diuina est filiꝰ multa cõtingit sumere sub subiecto qbus non conuenit predicatum vt pote pater ꝛ.ss. ¶ Similiter tñ dictinꝰ negatiue non tamen oportet nullꝰ pr est filius hec non est de nullo sufficient ad regulandum sillogismum inferentẽ ɔclusionẽ de ꝓmissis terminis premissarũ q꞉ cõtingit aliqd sumere sub subiecto a q non remouet predicatũ. s. deitatẽ cõmunẽ personis Diceres aristoteles sic exẽplificat oẽ. b. est. a. omne c. est. b. igit omẽ. c. ẽ. a. quasi diceret applicea vbi volueris ꝛ similis sillogisinꝰ erit bonꝰ cuꝰ tñ oppositum pꝫ ex premissis.

Nota hic scdm calculũ soluẽdi paralogismos i diuis.

¶ Respondet si aristoteles sciuisset aliquam rem vnã esse plures res aliter dixisset sed hoc nõ sufficit eo q platonici posuerunt quidditates cões igitur dare debuit logicam cõmunem ꝛ indifferentẽ alias non fuisset formalis propter qð dico ¶ Hic scdm verbuꝫ in quo latet calculus huiꝰ scdm primum mo iũ respondẽdi q aristoteles non semp fecit talia argumenta i talibus terminis gñalibꝰ q꞉ si vt pluries talis forma in eo inuenit a scribendũ ẽ hoc defectu translatoris vel intelligenduꝫ ẽ sicut alias exprimit se frequenter quando exẽplificat in termis gñalibꝰ habet istum modũ loquendi vel equalentem omẽ in quo. b. ei in quo. a. idem. oẽ in quo. c. ei in quo. b. idem igit omẽ in quo. c. ei in quo. a. idẽ q est dictum. omne idẽ ei quod ẽ. b. est idem ei q est. a. sed omẽ idẽ ei q est. c. est idem ei q est. b. igitur omne idem ei q est. c. est idẽ ei q est. a. vel simplicius sic omne idem. b. ẽ idẽ. a. oẽ idem. c. ẽ idem. b. igitur omne idẽ. c. est idẽ. a. ꝛ ita cõsequẽter de oibus respectu oim figurarũ et talis forma nõ capit instantiã. ¶ Et ideo vlteriꝰ esset dicendũ q vbicũq termini simplices equalent terminis talit circũlocutis valeret illatio in talibꝰ terminis simplicibꝰ sine circũlocutione ꝛ vbi non. hoc semper memoriter habito ꝓ regula q si per maiorẽ denotet q cuicũq cõueniat subiectum cõueniat ꝛ ꝓdicatuꝫ ꝛ debe ne sumat sub suo modo etiam de negatiuis.

Nota qñ ad vlem sequit exclusiua de ter

¶ Ex his patet q licet ois affirmatiua simplicit. vniuersalis et de omni inferat exclusiuam de terminis trãspositis tñ ista ɔña non valet ois essentia diuina est pater igitur tñ pater est essentia diuina q꞉ añs non ẽ simplicit vniuersale ꝛ de omni.

Nota mis trãspositis ꝛ qñ non.

¶ Ex hoc sequit correlarie q iste discursꝰ non valet licet hẽat subiectũ circũlocutũ oẽ illð qð generat generat. sꝫ ois essẽtia diuina ẽ illð qð generat igit ois essentia diuina generat q꞉ maior non ẽ sufficiẽter vniuersalis de oi cũ ipa sit vera ꝛ tñ ꝓdicatum suũ nõ ɔuenit cuilibet cui subiectũ. nã deitati cõi cõuenit subiectuꝫ cui tñ repugnat maior autẽ vniuersalis sufficienter ꝓ ista cõclusione inferenda esset hec oẽ idẽ illi qð generat generat ꝛ hec ẽ falsa per idẽ patet q iste discursꝰ nõ valet oẽ illð quod est pater ẽ pr sed ois filiꝰ in diuinis est illud quod est pr igit ois filiꝰ in diuinis est pater q꞉ subiectũ maioris pluribꝰ cõuenit q̃ ꝓdicatũ. ¶ Similiter scdm ponẽtes cõitatem realem ad indiuidua eiusdẽ speciei nõ valet iste discursꝰ oẽ illud qð distinguit a sorte distinguit a sorte sꝫ homo cõis ẽ illud quod distinguit a sorte. s. plato igitur hõ cois distinguit a sorte. ¶ Secũdus modꝰ subtilior ꝛ forte verior soluẽdi ẽ. s. cõcedere oẽs istas maiores que vident esse sufficient vniuersales et de oi ad propositũ ꝛ tamen illi paralogismi nõ regulant p dici de oi q꞉ non fiunt sub minore ꝓ quo fiebat distributio in maiore nec ꝓ quo supponebat subiectum maioris et tũc diceret q illa vniuersalis est de omni in qua subiectuꝫ ꝓ nullo supponit vel denotat ex vi sermonis supponere quin sibi cõueniat ꝓdicatũ sꝫ nõ opꝫ q cõueniat oi illi qð est res significata p subiectũ nec opꝫ q hoc denotet ꝛ scdm hoc ista ois deitas ẽ pr ẽ vniuersalis ꝛ de omi nec habet nisi vnã singularẽ hãc. s. hec deitas cois ꝛc. q̃ vera ẽ ꝛ tũc minor q̃ dicit q ois filiꝰ in diuinis ẽ deitas nõ sumit sub q꞉ lꝫ filiꝰ sit deitas ista. tñ ꝓ filio nõ supponit subiectũ maioris nec ꝓ pre nec pro alia psona. ¶ Similit dicet i aliis. vbi gra. subiectũ istiꝰ maioris oẽ illð qð ẽ pr ẽ pr nõ supponit ꝓ filio lꝫ filiꝰ sit illð qð ẽ pr maior em̃ illa ẽ vera ꝛ p ɔñs non denotatur ibi cõuenire ꝓdicatũ alicui nisi cui conuenit subiectum cuius modi non est filius nec supponit subiectum istius pro filio licet vere filio cõueniat/et tamẽ ibi distribuit ꝓ quolibꝫ pro quo supponit. cuius modi sunt deitas ꝛ spiratio actiua ꝛ oẽ in diuinis cõe tribꝰ personis. quis omne tale est pater. Sed quid si arguitur sic omẽ illud quod ẽ pater est pr oẽ illud qð est essentia ẽ illud quod est pater igit oẽ illud qð est essentia ẽ pater. ¶ Respondet q ibi fit distributio ꝓ pluribꝰ in minore q̃ in maiore quia in maiore fit distributio tñ ꝓ essentia cõi ꝛ patre ꝛ in minore pro eisdẽ et simul cum hoc pro filio ꝛ.ss. ꝛ sic non recte sumitur sub. ꝛ secundum hoc quasi daretur iste sensus maioris omne illud pro quo supponit iste terminus illud quod est pr est pater. Minor autem non denotat q ꝓ filio supponat illud subiectum sed q illud pro quo supponit nec em̃ omne illud quod est essentia nec omne illud quod est filius est illud pro quo supponit iste terminus illud quod est pater in maiore etiam posset dici q minor sumpta secundum predicationem formalem falsa esset vera tñ est secundum predicationẽ idẽpticã. ¶ Sꝫ

Nota quõ vlis infert exclusiuã

tũc nõ sufficit cũ maiore ad iferẽdũ cõclusionẽ talem sed cõtra hoc ẽ regula allegata supꝰ q vniuersalis affirmatiua infert exclusiuã de terminis trãspositis. ¶ Itẽ q illa dicitur de omni vbi nihil est sumere sub subiecto cui non cõueniat ꝓdicatũ.

¶ Ad primum conceditur ista consequentia omnis deitas est pater igitur tantum pater est deitas nec exclusiua debet exponi per istam nihil qd non ē pater ē deitas sed sic pater ē deitas ⁊ nihil aliud a patre ē deitas. ¶ Ad secundum dicendum q ista ē de omni per quā notatur q omne illud pro quo distribuitur vel supponit suum subiectum ē illud pro quo supponit suum predicatum sed non oportet quod omne quod ē idem pro quo supponit vel distribuitur subiectum q tali conueniat predicatum ole igitur sillogismus bonus regulatur per dici de omni vel de nullo vel per proprietatem termini mediū vel minoris extremitatis sufficientem

Ad. 4. paralogismum. ¶ Ad quartum paralogismum principalē dicēdū sicut ad tertium q nec sua affirmatiua ē de omni nec negatiua de nullo nec sufficiēter vniuersal respectu talis cōclusionis inferende ¶ Ad quattuor sequentes respectu verbi adiectiui dicendum ē q omnia sicut ad istos quattuor primos diceres pater generat igitur essētia generat hic ar ab inferiori ad superius affirmatiue respondetur q non debite infertur sed bene sequitur igitur essētia est res que generat nec etiā ly pater ē per se inferius ad ly essentia vt prius notatum ē. ¶ Diceres hec est falsa nihil quod ē essētia generat igitur hec ē vera essētia generat eo q contradicunt negatur q cōtradicant nec sequitur ista propositio essentia generat ē aliqua ad istā aliquid quod ē essētia ē res que generat que ē cōtradictoria priori negatiue igitur ipsa ē eius contradictoria quia nō oportet oē quod cōtradicit consequēti cōtradicē añti sicut ista nullus homo currit cōtradicit isti aliquis hō currit nō tamē isti sor. currit. Unde ista essētia generat habet se per modum singularis. ¶ Ad nonum de actu signato supposita distinctione cōmuni et sumpto subiecto maioris personaliter vel vertus materialiter pro sibi similibus supponēte personaliter ad hunc sensum idest de hoc signo hec essētia pro deitate cōmuni verificatur q sit filius verbi gratia in ista hec essētia ē filius dicēdum ē vltra per omnia sicut supra ad primum paralogismum ¶ Ad. 10. sicut ad secundum resoluendo illam de actu signato i vnā de actu exercito ¶ Ad. 11. de actu exercito i plī numero dicendum ē q illa conclusio non sequitur sed ista igitur idem ē illō qd generat et quod generatur. Unde licet secundum platonicos sor. et plato sint idē scilicet homo cōis et sor. generet et plato generetur nō tamē ille idē homo cōis generat et generatur et ideo aristoteles nōdum improbat opinionē platonis loquens adhuc indifferenter ad suā opinionē et platonicā dixit i prologo mediante q actus et omnes generationes circa singulare sunt non enī hominē medicus sanat nisi secundum accidens sed aut calliā aut socratē aut aliquid sic dictorum cui esse hōiem accidit et septimo metha. quādo non valent ydee vel quidditates cōes ad generationem per hoc i nuit quod nō oportet vt propria propriorum conueniant cōmuni saltē mediāte verbo adiectiuo. ¶ Ad. 12. dicēdum q nō sequitur illa cōclusio ista de his que significant idem verificantur contradictoria. ¶ Ad. 13. quādo ar pro nullo eodem verificantur ⁊c. negatur discursus sed bene sequitur q isti termini pater et essētia nō sunt idem eo q i minori qua dicitur de paternitate et essētia verificātur contradictoria ly paternitate et essētia supponunt materialiter pro sibi similibus supponētibus personaliter Uerbi gratia in istis propositionibus pater generat essētia nō generat si autem i minore dicitur pro patre et essētia verificantur cōtradictoria tunc sequitur illa cōclusio q pater et essētia nō sunt idem vel q pater ē aliqua res que nō est essentia vel q essētia sit aliqua res que nō ē pater et illa cōclusio disiunctiua verificatur pro tertia parte. Consimiliter respondendum ē ad oēs formas consimiles ¶ Tertius articulus Primū dubium iste termini cōuertuntur homo et idē q ē homo deus et idem quod ē deus ⁊ sic de aliis que igitur necessitas docēdi modū istū arguendi oē illud quod ē deitas vel idem deitati ⁊c. Probat sic arguendo per circūlocutionem deficit sillogismus igitur añs patet hoc omne illud quod ē generans generat deitas ē illud quod ē generās igitur deitas generat. ¶ Ad primum negatur q illi termini cōuertuntur patet quia pater i diuinis ē illud quod ē homo quia ē deus qui ē homo vl deitas que ē homo et tamen pater i diuinis nō ē homo. ¶ Ad secundum negatur maior sed secus ē sic arguendo omne illō qd generat generat ⁊c. qz tūc dicēdum ē q ista circūlocutio nō sufficit plus q terminus simplex nec illa propositio i tali discursu ē sufficienter de omi ideo oportet ista circūloqui q habeatur simpliciter vniuersalis propositio ⁊ de oī sic scilicet omne idem et q generat. generat et tunc erit simpliciter de omni sed falsa sicut ⁊ cōclusio illata et ideo generaliter dicendum ē q oportet sic circūloqui terminum mediū ad hoc q propositio sit de oī simpliciter vel regulariter de nullo et tunc nūq deficiet discursus. ¶ Secundū dubium ē contra secundum modum soluendi predictum quo dicebatur q hec ē sufficiēter vniuersalis omnis deitas ē pater quia sic tunc cōuerteret in istam omne nō pater ē non deitas quod patz falsum de filio et sp. cōsequētia tenet qr ois vniuersalis pōt conuerti per transpositionem in vniuersalē affirmatiuā de eisdem terminis infinitis sed tur enī omnis homo ē animal igitur omne nō aial ē nō hō. Probat ois vniuersal negatiua ē cōuertibil simpliciter ex primo priorū sed ista nulla deitas cōmunis tribus personis generat non ē cōuertibilis quia hec falsa nihil quod generat ē deitas et similiter ista nullum generans ē deitas Respōdetur q iste instantie multum facerent pro primo respondendi supra ad tertium paralogismum sed sustinendo secundum modum dicēdum esset q regule conuersionū nō tenent vniuersaliter nisi vbi est predicatio affirmatiua formalis seu per inherentiā nō autē vbi solummodo ē predicatio ydētifica qualiter ē in proposito et ambabus instātiis ¶ Aliter respondetur q non sunt sufficienter vniuersales ad hoc q valeat talis conuersio sicut nec sunt sufficienter vniuersales ad regulandum sillogismos de quibus dictum ē. ¶ Nota q nulla propositio in qua verbum vel nomē adiectiuum immediate et formaliter dicitur de subiecto Uerbi gratia homo ē albus homo generat ⁊c. Et idem est iudicium de participio formaliter siue de sua forma ē conuertibilis quia tale predicatum adiectiuum nominale vel verbale vel participiale nō est natum supponere in propositione ita vt possit esse subiectum propōnis si tamē ipsa talis resoluitur in aliquā propositionem vbi tale adiectiuū

3. articulus.

2. dubium.

implicite vel explicite determinas substantiuum
sibi adiunctum a parte predicati et mediāte illo
subiecto dicitur de subiecto tunc ē cōuertibil' in
tali forma patet igitur ꝙ hec nō ē cōuertibilis de
sua forma nulla essētia ē generans vel generat s;
si additur i predicato res vel ens ⁊c. tunc est con
uertibilis sed est falsa. ¶ Si vero additur ly essē-
tia dicendo nulla essētia ē essētia generans tunc
manet vera et cōuertitur in hanc veram nulla es-
sētia generās est essentia. Ex hoc patet ꝙ verbum
potest esse predicatum cum quo stat ꝙ ē nota eo;
que de altero dicuntur vel formaliter vel illatiue
etiā cōuersio per contrapositionem de qua in pri-
mo argumēto nō ē formalis vt patet in terminis
3. dubium. transcendētibus. ¶ Tertium dubium an ista cir-
cūlocutio illud quod est deitas vel cōsimilis suffi
ciat ad regulandum sillogismos i diuinis videt
ꝙ sic quia quelibet talis sufficienter ē de oī vel
de nullo eo ꝙ per quālibet talem de subiecto di-
stributo denotatur predicatum cōuenire cuilibet
cui cōuenit subiectum vel remoueri a quolibet de
quo vere dicitur subiectum vt si sic dicatur omne
illō qō ē.a.ē.b. vl' nihil qō ē.a.ē.b. ¶ Sed cōtra i
isto discursu deficit oē illud quod est pater est pa-
ter filius. ē illud quod ē pater scilicet essētia igit
filius ē pater. ¶ Item in isto omne illud quod est
tres persone ē trinitas filius ē illud quod ē tres
persone Item in isto omē illud quod generat ge
nerat. essentia diuina ē illud quod generat Dicē-
dum sustinēdo primum modum ꝙ predicta circū-
locutio nō sufficit vt probant argumēta licet quī
dā dicunt cōtrarium ⁊ cōcedāt discursus positos
ad partem oppositam sed maiores dicunt esse fal
sas mirum ē autem apud me ꝙ aliquis theolog⁹
neget maiores illas cum in qualibet earum predi
catum vere cōueniat cuilibet pro quo subiectum
supponit i tali propositione et quelibet singula-
ris sit vera vt patet inductiue etiā nullus tanct⁹
aut doctor negat talē aliquā nec etiā omnis scho
la cum sua contradictoria ē falsa. ¶ Ad argumē-
tum i oppositum dicitur ꝙ per talem propositio-
nē nō denotatur ꝙ predicatum cōueniat cuilibet
cui conuenit subiectum sed ꝙ conuenit cuilibet ꝓ
quo in ista propositione supponit subiectum vel
cautius loquēdo predicatur de subiecto vniuer-
saliter sub sua propria forma distributo ⁊ hoc suf
ficit ad veritatē propositionis habentis subiectū
distributum sed nō sufficit ad vniuersalitatem re
gulantē omnē sillogismum. ¶ Iuxta secundū mo
dum respondendi diceretur ꝙ omnes tales pro-
positiones omne illud quod ē essētia diuina ē pa
ter et omnis essētia diuina ē pater et consimiles
sunt vtibiles et sillogibiles quando minor debi-
te subsumitur scilicet pro illo ꝓ quo supponit sub
iectum seu cui cōuenit et tamē pro eo i maiori nō
supponit et eo modo ē dicēdum de sillogismis ex
4. dubium positorijs. ¶ Ex predictis patet ꝙ ista circūlocu-
tio illud quod est nō sufficit si precise ponatur ad
subiectum nec sufficit si simul apponatur tam sub
iecto ꝙ predicato vt patet sic arguendo omne illō
quod ē pater ē illud quod generat filius ē illud
quod ē pater igitur filius ē illud quod generat.
¶ Secundo dico ꝙ nec sufficit hec circūlocutio ꝙ
est illud quod ē vt patet hic omē quod ē illud qō
generat generat. filius ē illud quod generat igr
filius generat. ¶ Tertio dico ꝙ circūloquēdo tam
subiectum maioris ꝙ predicatum per ly quod est
illud quod ē nūꝙ capit instantiam sed circūlocu
tio ē nimis longa. ¶ Quarto dico ꝙ hec circūlo-
cutio sufficit illud quod ē idem patri vel illō qō
est idem ei quod ē pater ⁊c. sufficit enim circūloq
sicut fecit aristoteles aliquotiens in libro priorū
et etiam de celo et mundo ⁊ aliis locis. b. in quo
a. in quo. b. in quo. c. pro quibus capio idem. a.
idem. b. idem. c. nec capit instātiā sumpto ly idem
neutraliter. ¶ Ad argumentum principale patet
ex predictis. ¶ Ex dictis etiam soluitur illud ar-
gumentum omnis res in diuinis ē pater vel fi. vl'
.sp. trinitas ē aliqua res i diuinis igitur trinitas
est pater vel fi. vel. sp. quia si maior accipitur se-
cūdum completam vniuersalitatem falsa ē quia
tunc equiualet isti omnia res in diuinis et omnia
vel omnes res que sunt aliqua res in diuinis est
vel sunt pater vel filius vel. sp. ¶ Et si in ista aliā
res in diuinis non ē pater vel filius vel. sp. subie-
ctum accipitur correspondēter cum priori ipsa ē
eius contradictoria et ē vera quia significat ꝙ a-
liqua res in diuinis vel alique res que sunt vna
res in diuinis non ē vel nō sunt pater vel fi. vl. sp.
et hoc ē verum ¶ Si autē subiectum precise acci
pitur singulariter in limitibus suis cōmunibus
tunc nō ē contradictoria prioris ¶ Si autē i dicta
maiori nō ē vniuersalitas completa tunc negatur
discursus. Similiter negatur iste hec tri. non est
pater vel fi. vel. sp. hec trinitas ē aliqua res in di-
uinis igitur aliqua res in diuinis non est pater vl'
fi. vel. sp. intelligendo saltem conclusionem prout
subiectum eius solum accipitur singulariter se-
cundum limites suos si autē accipitur ita ample
sicut dictum ē potest concedi conclusio.



Uarto circa disti
ctionem trigesimā tertiam
Quero pro distinctione quar
ta vtrum essētia diuina ge
neret vel generetur. Videt
ꝙ sic quia iste pater gene-
rat et iste pater ē essētia di
uina igitur essentia diuina
generat. discursus patet ꝑ
anselmum de processione. sp. ca. 2 vbi ponitur nō
amittit suum cōsequens vbi nō obuiat relationis
oppositio sed inter essētiā et generare nō est oppo
sitio relationis quia tunc generare in diuinis nō
esset essētia consequens falsum. ¶ Item omne in
diuinis generans filium ē essentia igitur tantum
essentia generat filium ibi est falsum ab vniuersa
li ad exclusiuam de terminis transpositis Itē es
sentia diuina ē pater igitur ē pater filij nā predi-
cata antecedētis et cōsequētis conuertuntur igi
tur generat vel generauit et si generet quia ē pa
ter generatur pari ratione quia ē filius. ¶ Cōtra
si essētia generet filium distigueretur a filio, quē
generaret et si generaretur a patre distingueret
a patre qui eam generaret quia nulla res ē que
seipsam gignat vt sit secundum augustinum primo
de tri. ca. 1. illud ē arg. in quinta di. primi cui⁹ sē-
tentia approbatur per ecclesiam contra ioachim
et rationabiliter quia supposita fide trinitatis ꝑ
sonalis et vnitatis essentialis omnia argumēta
simul in contrarium collecta nō habent tantā eui
dentiam ad oppositum sicut vnicum magistri arg.

iam tactum ad propositum. Sed dubitatur qr vi-
detur ꝙ sancti ⁊ doctores sint in cōtrarium ⁊ ratio
ne. ¶ Ar primo per anselmum de processione. sp. c.
Ansel. 5. spm̄ sanctum nō esse de deitate patris sed de re-
latione stultissimum ē dicere. Hic duo sunt cōtra
te q. sp. ē de deitate pa. productiue scilicet ꝙ sic lo
quitur ibi et hoc erat hic ad probandum. ¶ Aliud
dicit ꝙ non est de relatione patris quia sic loqui
tur ibi et hoc etiā est contra te quia per te pater
et paternitas i diuinis sunt nomina synonima igi
tur sicut filius est de patre vel. sp. ita etiaʒ erit de
paternitate illa. ¶ Item vt supponit idem filius
vel est de subā patris vel de relatione eius nō de
relatione igitur de eius subā seu deitate ꝓbo mi
norē sic si filius esset de relatione pris filius esset
de relatione filij talem consequentiaʒ facit de. sp.
vbi verum cōcluditur sed probatio consequentie
vniformiter procedit de filio faciendo argumen-
tum sicut de. sp. consequentia enim sic ab ipso pro-
batur nulla ē relatio patris siue relatiōe filij sicut
nihil est filij relatio sine patris relatione si igitur
altera nihil est sine altera non potest aliquid dici
de relatione patris et sine relatione filij quare in
quit ipse sequitur spm̄ sanctum esse de vtraq; si ē
de vna et per consequēs si est de patre secundum
relationem erit similiter de filio secundum rela-
tionem verum nemo tam insipiens est qui hoc opi
netur hec ille. ¶ Ex hoc dupliciter arḡ vno modo dedu
cēdo cōclusionē similem de filio vbi cōclusio fal sa
erit igitur aliqua premissarum et nō nisi illa ꝙ fi
lius sit de relatione pa. igitur Alio modo ꝙ nul-
lus est tam insipiēs vt opinetur. sp. esse de relatio
ne patris et de relatione filij igitur cum quilibet
catholicus opinetur. sp. esse de patre et filio null⁹
debet eē tam insipiens vt opinetur paternitatē et
filiationē esse cōuertibiliter et synonime pr̄em et
filium cuius oppositum dixisti. ¶ Item post eodē
li. ca. 8. fateamur eudē. sp. de illius esse ita proce-
dere cuius labiorum spiritus dicitur et paulo post
¶ Si os patris intelligimus essētiam patris non
enim aliud est eius q̄ essentia eius vt sicut verbū
dn̄i est de essētia eius ita spūs oris eius non sit ni
si de ore eius. ¶ Item ca. 13 spūs sanctus est de⁹ de
deo. i. essentia. sp. est de essentia pa. que vna in tri-
bus esse intelligitur hec ille. ¶ Item ca. 11 sp. non
procedere de deitate pa. sed de paternitate nec p
diuinitatem sed per filiationem est opinio. que se
vna patenti fatuitate suffocat ꝙ si dicat aliqs da
cum dico istum procedere de deitate patris ⁊ filij
non possum ab hac deitate patris ⁊ filij separare
deitatē qm̄ vna et eadem deitas est tertium et si
de deitate patris et filij procedit de sua quoq; vi
detur procedere ad hoc iam supra me sufficienter
memini respondisse quia nulla persona ex se ipsa
esse potest hec ille. ¶ Item anselmus monol. cap.
54. dubitā an a patre et filio procedant duo amo
res An vnus partim a patre et partim a filio vel
vnus totus a singulis et idem totus a duobus si
mul. ¶ Et subdit sed huius dubitationis certitu-
do hic indubitanter cognoscitur quia nō ex eo ꝓ-
cedit in quo plures sunt pater et filius sed ex eo i
quo vnum sunt nā non ex relationibus suis q̄ plu
ra sunt ¶ Alia ei est relatio pa. alia filij sed ex ipa
sua essētia que pluralitatē nō admittit emittunt
pater et filius tātum donum hec ille. ¶ Item isti⁹
intētionis est richardus sexto de tri. ca. 22. vbi di

cit ꝙ nihil aliud est persona filij q̄ subā genita sꝫ Richard⁹.
multi temporibus nostris surrexere qui nō audēt
hoc dicere qui potius multo periculosius est con
tra sanctorum patrum auctoritatē et tot attesta-
tiones paternarum traditionum audēt negare ⁊
oībus modis cōsequātur repellere ꝙ subā gignat
subām vel sapia sapiaʒ pertinaciter negāt qd om
nes sancti affirmāt. ¶ Ad istud quod ipi dicunt
autoritatē inuenire nō possunt afferant si dicunt
aut possunt auctoritatē nō dicā plures sed saltē
vnā qui neget subām gignere subām nā ad hoc ꝙ
dicimus auctoritates multas et ipsi adducunt in
morē golie gladium quo iugulantur defferentes
ad certamē procedunt hec ille. ¶ Item arguit ca.
23. ponamus duos quorum vnus alicuius rei sciē
tiā vel alicuius artis noticiā perseipsum excogi-
tando inuenit et illam eādē scientiā alteri totā tra-
didit tunc eadem est scia q̄ in corde primi est omni
no inaccepta et i corde alterius accepta constat
tamē ꝙ scia accepta nō est inaccepta cum tamē i
accepta et accepta sint essentialiter vna quis igi
tur neget de sapia dei quod videt possibile i scia
humana. ¶ Item arguit filius habꝫ eē a patre ex
patris generatione igitur et sapere cum idē sit ei
sapere et esse. constat igitur ꝙ filia sapia vel poti⁹
filius sapia sit ex patre genita recte igitur de filio
dicitur ꝙ sit genita sapia sicut et de patre ꝙ sit sa-
piētia ingenita et tamē vtrobiq; est eadē sapiētia
nec tamē ingenita est genita nec genita est ingeni
ta. ¶ Si vero filius sit genita sapiētia est ⁊ genita
subā nec ei aliud est eius sapiētia q̄ eius subā ge
nita nec tamē ex hoc pater est substātia ingenita ⁊
fili⁹ subā genita sequit ꝙ sit alia ⁊ alia subā sꝫ alia
et alia persona. ¶ Tertio probat hoc idem sic ca.
24. resūpto primi argumenti sui casu ponat cuꝫ
hoc ꝙ nomen doctrine tam actiue q̄ passiue acci
piatur vt doctrina dicatur tam eius qui docet q̄
eius qui docetur tunc in dicto casu alia est doctri
na vnius et alia est doctrina alterius. ¶ In vno nā
q; doctrina docens est i alio doctrina discurrens
quāuis in vtroq; tam i adiscente q̄ in docente sit
vna et eadem sciētia sic i proposito sicut enī i natu
ra humana edocens sciētia et edocta scia est vna
eadēq; sapia et per cōsequēs ē vna eademq; scia
verūtamē alia ⁊ alia doctrina sic etiā i diuina na
tura sapia gignens et sapia genita est vna eadēq;
sapiētia et per cōsequēs est vna eadēq; subā. Ve-
rūtamē alia et alia persona sicut itaq; i humana
natura ex eo ꝙ vnius est scia accepta et alterius
inaccepta nec accepta dicitur inaccepta nullate-
nus sequitur ꝙ sit in eis alia et alia scia sed alia
et alia doctrina sic i natura diuina ex eo ꝙ vnius ē
subā genita alterius subā ingenita nec genita sit
ingenita nullomodo sequitur ꝙ ibi sit alia ⁊ alia
subā sed alia et alia persona ¶ Item illo modo fi
lius generaꝫ ab aliquo ente et nō ab accidēte igi
tur a subā et illa non est nisi essentia diuina igitur
filius generatur ab essentia diuina. ¶ Item i deo
est aliqua relatio genita cum relatio filij sit filius
vt patet di. 33 primi igitur in deo est aliqua enti-
tas genita consequētia tenet ab inferiori ad su-
perius et vltra igitur ibi est aliqua essentia geni
ta cum omnis entitas sit essentia Item si nulla es
sentia esset genita igitur nullum genitum esset essē
tia per cōuersionē simplicē cōsequēs est falsum.
¶ Itē si non hoc potissime esset sicut arguit Wa.

di. 5. primi q si pater generaret essētiā diuinā rela
tiue diceretur ad pa. et essꝫ genitor illius rei que
ipse est quod ē falsuꝫ cum nulla res secundum au-
gustinum seipsā generat sed hec non obstant quia
eodē mō argueretur q pf nō generat deū: qꝛ cū pf
idē sit ipse deꝰ sequitur q pater esset genitor ipi-
us rei que ipse ē. Itē sequitur hec essētia ē filius
igitur hec essentia est habēs patrē igitur hec es
sentia est genita consequētia patet quia in omni-
bus predicata antecedentis ꝛ consequētis cōuer
Ad primum tuntur et subiectum ē idem ¶ Ad primum dicen-
dum vnomodo q dicere personā patris constitui
ex deitate et relatione tāq̄ re alia a deitate ex p̄
te rei sicut quidā ponūt et tunc simul tenere. ff. de
relatione patris et non ꝺ subā stultissimū esset sꝫ
qui tenet personā eē sūme simplicē nec in ea dei-
tatem quouismodo a relatione distingui et tamē
personā esse realiter per se ꝛ primomodo relatio
nē ita q prima formalitas sit formaliter paterni-
tas si tunc dicat. ff. sic esse de relatione patris ita
sicut de patre qui precise est illa relatio et etiam
deitas nō facit stultitiam verūtamē est q. ff. nō sic
est de relatione patris vel de patre quia pater p̄-
cise est quia tunc nō esset a filio sed quia spirator
spiratio autem actiua cōmunis est patri et filio.
¶ Item quicquid sit de auctoritate sua ista ꝛalīs
ecclesie auctoritas est preponenda. ¶ Aliter possꝫ
dici q tenere personā esse in se quādā entitatē p̄-
sonalē cui nō sit intrinseca paternitas vel filiatio
sed sit vna res sibi addita qua pater referatur ad
filium sicut proportionaliter secundum quādam
opinionē vt pote pigam i creaturis pater referē
ad filium per relationē paternitatis ab eo realiē
distinctā et tunc dicere q. ff. esset de relatione pa.
et nō de subā. i. nō de fundamēto ipsius relatiōis
esset stultissimum Verbi gratia in simili articulꝰ
dānatus est dicere deū esse i gn̄e certe recte ponē
do hoc et simul cum hoc q̄ oē quod est per se i ge
nere est cōpositum hoc erroneum esset nō propter
primum sed propter secundum sic est hic propor-
tionaliter. ¶ Aliter diceretur q ponere i deo essē
tiā quasi materiā circūscriptis tamē imperfectio
nibus ne filiꝰ generetur de nihilo sicut posuit hē
ricus de gaudauo et multi aliī et dicere simul cuꝫ
hoc q. ff. sit de relatione patris et nō de subā pris
ita q ly de diceret circūstātiā cause quasi materi
alis stultissimum esset Aliter pōt dici q cum dici-
tur filius vel ff. est de subā patris vt dicunt docto
res aliqui sicut bonauētura et scotus concordāt
q ly de nō dicit circūstātiā cause materialis nec e-
tiam cause productiue ita q deitas producat filī
um vel. ff. sed ly de dicit ibi circūstātiā cōsubālita
tis filij vel. ff. cum patre et simul cū hoc originem
filū vel. ff. ab eodem patre per istum modum non
posset dici q filius vel. ff. sit de relatione patris. i.
q sit eadē relatio propria q̄ est pater vel patris.
Dicere eñ q ista sit de patris relatione et non de
deitate vel subā patris ad hunc intellectum esset
stultissimum. ¶ Ad secundum dicitur iuxta predi
cta q tenendo q proprietas personalis patris est
essentialiter paternitas seu relatio cōcedo q filiꝰ
est de relatione patris sicut de patre et non de sub
stātia patris tāq̄ de generante. ¶ Et vltra conce-
do q. ff. est ita de relatiōe filij sicut patris nec hoc
est insipientie aliqua sed fidei auctoritas ad hoc
necessitat. cōsequētia tamē anselmi nō valet quia

eque bene concluderet q filius esset de relatione
filij. ¶ Exemplum ad hoc i creaturis secundum o-
pinionē ponētium respectus ab absolutis realiē
distingui passio est effectꝰ illatioq̄ actionis ꝛ nec
actio posset esse sine passione nec econuerso saltē
naturaliter in creaturis et tamē passio nō ē a pas
sione licet sit ab actione. Sed tenendo aliquā q̄-
tuor opinionum seu modorum dicendi pretactorꝫ
tunc diceretur sicut prius Si autē diceretur q ita
vere secundum rei veritatem est realiter quelibꝫ
personalitas diuina paternitas vel filiatio vł spi
ratio actiua vel passiua sicut humanitas est effe-
ctus dei vel sicut albedo quelibet est similitudo
licet forte personalitas nō sit essentialiter et per
se primomodo relatio vel paternitas plusq̄ hūa-
nitas sit per se ꝛ primomodo effectꝰ dei vel q al-
bedo sit similitudo rei similis sicut quidā dicunt
tunc aliter glosari posset Anselmus q̄ prius qꝛ q̄
libet persōa vel personalitas diuina esset ad se et
absolute personalitas talis vel persona si tamen
vna earum puta prima esset in ordine ad secundā
relatiue paternitas et econtra secunda, in ordine
ad primam esset filiatio et ambe ad tertiam esset
spiratio actiua tunc spiratio actiua esset ad se ab
solute entitas vel proprietas cōmunis tamē pa-
tri et filio. ¶ Et tunc esset vlterius dicēdum q fi-
lius nō procedit a patre secundum hoc q ipse re-
fertur ad filium sicut nec in creaturis sed secūduꝫ
q est talis personalitas absolute sicut si dicētur
q sor. nō ē de relatione platonis patris sui sed de
sorteitate vel huiusmodi i. de natura hac singu-
lari non quia ipse ē pater sed quia ipse ē talis na
tura nata sic producē vnde ego credo q opinio cō
munis ponens essētialiter per se primo modo per
sonas relatas ortum habuit a ponēte relationes
in creaturis aliquomodo a parte rei distingui ab
absolutis quo remoto parum vel nihil necessita-
ret ponē personas diuinas essentialiter per se p̄-
momodo relatas. ¶ Ad tertiū posset dici q ly de
dicit cōsubālitatē et originē a patre per idē ad q̄r
tum et per idem ad quintū ad sextum et ad septi-
mum. ¶ Ad octauum dicēdum ē q auctoritas ri-
chardi in proposito non debet ponderari quia au
ctoritas ecclesie ē in contrariuꝫ ꝛ etiā ipsemet co
incidit sententialiter cum magistro dicēs in secū
da sua ratione supra posita nō ē aliud inquit prēꝫ
filio sapiētiam dedisse vel filio accepisse q̄ patrē
eum qui sapiētia ē generasse. ¶ Ex quo videtur
q cum ipse dicit sapiētiam vel essentiā generare
vel genitā esse ipse accipit essētiā vł sapiētiā non
pro deitate cōmuni tribus personis sed personali
ter pro hac persona vel pro illa sicut cum dicimꝰ
q deus generat vel q deus generatur. ¶ Et etiaꝫ
ad hunc sensum ma. glosat auctoritates sanctorū
vt patet in textu ideo frustra contra ma. garrulat
¶ Ad. 9. scilicet rationē richardi recepto casu q̄
possibilis ē dicēdum q nō ē eadē scientia in vno
et in alio sed alia et alia sicut nec eadem veritas
quia tamē ipse nō accepit sciam pro qualitate vel
habitu mētis eo q eadē qualitas sit non ē i diuer
sis subiectis sed potius pro ipso scito et ita cōce-
ditur q eadē ē scia huius et illius, et q scia filiꝰ
ab alio sit accepta ad istum sensum quia scilicet
hoc scitū innotescit sibi ab alio ¶ Et cū dicitur q sci
entia alterius est omnino inaccepta. negandum ē
licet eñ ab isto nō sit inaccepta, saltem p doctrinā

non tamen sequitur q non sit accepta sicut nõ se-
quitur hoc nõ videtur ab isto igitur non videtur.
¶ Ad secundam ratione eius que minus valet cõ
ceditur q filius habet esse a patre ex patris gene
ratione et etiã sapere et sapiẽtiam intransitiue lo
quẽdo .i. est sapiens vel sapiẽtia per hoc quod ge
neratur a patre. ¶ Sed ex hoc nõ sequitur q ipsa
sapiẽtia accepit eẽ per generationem vel etiã ipz
sapere et ideo nõ valet eius consequẽtia cum in-
fert q filiũ sapientia sit a patre genita nisi sumat
sapientia personaliter et nõ pro cõmuni sapiẽtia
tribus et tunc vlterior deductio nõ procedit con-
tra ma. cum enim infert q filius sit subã genita si-
cut et sapiẽtia genita si sumat subãm pro natura
qm sicut ma. facit nec ẽ verum. ¶ Si vero sumat
notionaliter nomẽ subẽ falsuz est q dicit scilicet
q subã genita nõ est subã nõ genita quia ipse non
posset hoc inferre nisi per hoc q filius non est pa-
ter qui est subã genita dato igitur sibi q subã ige-
nita possit sumi personaliter pro patre et per con
sequẽs q ex subã genita demõstrãdo filiuz non est
hec subã ingenita demõstrando patrẽ ex hoc nõ se
quitur q igitur non ẽ subã ingenita quia adhuc
filius esset sapiẽtia et subã ingenita cõmunia tri-
bus qui non posset poni genita quia a nullo ibi di
stincta igitur adhuc sapiẽtia genita esset sapiẽtia
et subã ingenita et econtra alias sapia et subã nul
la esset cõmunia tribus nec deitas quod a pricipio
ecclesie fuit erroneum. ¶ Ad tertium que fundat
in casu prime rationis dicendum vt prius q nõ est
vna scientia vtriusq sumẽdo sciẽtiaz pro qualita
te mẽtis sed pro scito conceditur vt prius. ¶ Et cũ
vlterius dicitur q alia est doctrina vnius &c. si vo
cat doctrinam sicut illud scitum falsum ẽ Si vero
vocet doctrinam vnius actiue dictam actum quo
va cet iste et doctrinam alterius passiuã qualita-
tem in ipso cãtam tunc verum ẽ q alia est doctri-
na huius et alia illius sed tunc ille due doctrine
nõ sunt vna scientia. ¶ Ad 10. Respondetur conce
dẽdo q filius generatur ab aliquo subã sũpto ly
subã pro oi ente quod non est accidens nec aggre
gatum ex subã et accidente et nõ sequitur filius
generatur a subã et nõ est ibi subã nisi essentia cõ
munis tribus igitur generatur ab essentia cõmu
ni sicut nõ sequitur filius in diuinis generatur a
re aliqua et non est ibi res aliqua nisi essentia cõ
munis igitur generatur ab essentia cõmuni et mi-
nor ista probat sicut alia quia scilicet omnis res
in diuinis ẽ essentia cõmunis ¶ Item sicut non se-
quitur ab illa re demonstrato patre generatur fi
lius et ista res est essentia cõmunis igitur ab essẽ
tia commum generatur filius ita nec sequitur ad
dita dictiõe exceptiua Verbi gratia ab ista re ge
neratur filius et ista res nõ ẽ nisi essentia cõmunis
igitur &c. quia hec minor significat q hec res ẽ es
sentia et illa res fuit minor prioris discursus. Et
vltra hoc significat q hec res nõ ẽ distincta ab es-
sentia cõmuni et virtute huius non ẽ apparentia
q sequatur conclusio quia tunc valeret ista forma
ab ista re generatur filius et ista res nõ ẽ distincta
a chimera igitur a chimera generatur filius qd
est falsum igitur color qui est ibi in ratione affir
matiue. ¶ Aliter diceretur forte q filius nec ge-
neratur a subã nec ab accidente sed a patre qui ẽ
subã. ¶ Ad 11. dicendũ supra sicut tactũ ẽ q si acci-
pitur ly essentia transcendenter sicut res conclu-
sio non esset neganda sed sumendo nomẽ essentie
pro essentia diuina cõmuni tribus personis sicut
nec ẽ sermo de ea tunc negatur consequẽtia licet
eñi entitas sit essentia aliqua cõmuniter sumpto
vocabulo et etiam omnis entitas diuina sit essẽ-
tia diu cõmunis personis nõ tamẽ sequitur qd infert ꝓ
pter causas dictas in aliis paralogismis. ¶ Ad. 12.
patet ex dictis in precedenti questiõe articulo ter
tio in solutione secundi dubij de conuersionibus hu
iusmodi. ¶ Ad. 13. dicendum q non ẽ simile argu.
quia cum dicimus q pater generet deum ly deum
stat ibi pro supposito et nõ pro natura cõmuni pro
prium eñi concretorum est stare pro suppositis vbi
concernunt supposita nec stant proprie pro natu-
ra nisi sint synonima cum abstractis. ¶ Unde iste
terminus deus secundum doctores sumitur cõmu
niter pro supposito seu persona diuina minus au
tẽ proprie pro natura communi licet quãq pro na-
tura cõmuni sumitur sicut cum dicimus deus est
pater et fi. et. sp. ecõuerso autẽ de nomine abstra-
cto negatur q propriissime stat pro natura cõmuni
sed raro vel nunq pro supposito sicut dicunt multi
doctores vt bonauẽtura et sco et alij nõ nulli et
ideo cum dicitur pater generat deum stat pro sup
posito filij et cum additur q pater est idem deus su-
pro termino pro eodem supposito pro quo prius
licet pater sit idem deus cum filio sumpto termi-
no essentialiter pro natura cõmuni. Diceres forte
si pater non sit idem deus cum filio sumpto termi
no notionaliter cum pater sit deus igitur erit alius
deus et ita duo dij saltem notionaliter. ¶ Respon
deo illi qui non haberent conclusionem pro incõ-
uenienti patet quid dicerent et illi forsan magis
irent ad proprietatem sermonis. ¶ Sed ego et alij
qui cõclusionez istã vitant habemus negare cõclu
sionem ne pusilli crederẽt ibi eẽ plures naturas
diuinas sicut non sequitur deus pater nõ ẽ deus fi
lius igitur ẽ alius deus &c. posita cõstãtia vtrius-
q sicut nec sequitur hoc suppositum deitatis non
est hoc suppositum deitatis igitur alia et alia dei
tas ẽ iste deus et iste nec ẽ hic difficultas aliqua
nisi q fides cauit hoc dicere q proprietas sermo-
nis peteret ne simplices decipi potuissent et etiã
propter scandalum etichorum. ¶ Ad. 14. dicẽduz
q si ly habens patrem stat ibi neutraliter et sub-
stantiue conceditur prima consequẽtia et negatur
secunda si vero adiectiue negatur consequentia
secunda. ¶ Contra ista de generare arguit respe-
ctu essentie arguit b. bonauentura di. 5. primi q.
pri. quecũq sic se habent q vnũ predicatur de alte
ra essentialiter et per se primo modo vnuz suppo
nit pro alio quia subiectum vere subijcitur predi-
cato sic est de essentia et patre quia hec ẽ vera per
se primo modo essentia supponit pro patre igitur
sicut sequitur pater generat igitur deus generat
eo q pro eodem supponunt subiecta vtriusq pro-
positionis ita sequitur pater generat igitur essẽ-
tia generat propter eãdẽ causam. ¶ Item de quo
cũq predicatur subiectum et propria passio sz ge
nerare ẽ sicut propria passio patris secundum au
ctoritates .q. preallegatas cuz igitur hec sit vera
diuina essentia ẽ pater igitur et hec essentia gene
rat item ab inferiori ad superius affirmatiue est
bona consequẽtia igitur bene sequitur pater ge-
nerat igitur essentia generat. ¶ Ad primum istorum
dicẽdum q maior ẽ vera vbi ẽ predicatio forma-

lia seu per inherentiam sed in ista pater ē essētia vel deitas solum ē predicatio ydētifica sicut etiā in ista econuerso essentia ē pater vel filius ⁊c. q̄a si ibi eēt predicatio formalis tunc optime seq̄ret ꝙ si essentia ē pater igitur filius ē pater et sic de similibus quia ad omnia contingit descendere affirmando de eis predicatum et pro quibus fiebat distributio in subiecto de istis etiā ē prius dictuȝ ubi vide de hoc per idem ad secundum et ad tertium.

2. dubium. ¶ Secundum dubium que sit ratio negandi istā essentia diuina generat et assignat hic doctor rationē logicā dicēs q̄ñ subiectum ē abstractū abstractione vltimata et predicatum ex ratione sua non potest predicari nisi formaliter tunc non pōt propositio esse vera ī talibus terminis nisi sit per se primo modo sed generat ē verbuȝ ideo nō pōt predicari nisi formaliter sicut nomina adiectiua tam nomina q̄ verba q̄ participia et ly essentia seu deitas ē sic abstractum ⁊ ista propositio essētia generat non ē per se primo modo q2 predicatum non ē de intellectu subiecti igitur ¶ Sed ista ratio non valet ad realē difficultatē qua inquiritur quare ista sūma res simplicissia que ē sit tres persone et quelibet earum sigillati nō generat cū tamē ipsa sit pater que generat Item olim probat falsitatē maioris dicte ratiōis per hoc quod hec ē vera essentia diuina cōmunicatur di. 2. ss. et tamē predicatū ē verbum adiectiuum et propositio nō ē per se primo modo Item de ista essentia diuina videtur ab intellectu creato Item essētia diuina intelligit et vult et ē bona et diligibilis et huiusmodi Item essentia diuina creat et distiguitur a creatura in quibus ē predicatio adiectiua vera et non per se primo modo ¶ Similiter ī creaturis dicendo equinitas ē a deo accepta creata ⁊ distiguitur a deo et ab asino quarum nulla ē p se primo modo ⁊ tamē ī exēplo de equinitate fingit se doctor iste secūdum auicēnā. d. ꝙ equinitas nec est vnum nec multa nec ī anima nec extra Sed dicendum ē ꝙ auicena ī metha. sua loquitur sic de equinitate pro vt sumitur cum reduplicatione volens ꝙ nihil talium predicatorum deficit equinitatē. ¶ Dico igitur primo pro cōclusiōe prima huius dubii primo ꝙ quātum mihi videtur predicta ratio nō ē bona Secūdo dico ꝙ rationes ma. di. 5. sufficiunt prima fundatur ī hoc ꝙ nihil seipsū generat secundum augustinum primo de trinitate. ca. prio. Secunda ratio si generaret propter hoc quod ē pater tūc generaretur propter hoc quod est filius nā a seipsa et nō ab aliqua alia persona nisi a patre igitur pater esset genitor essentie diuine hoc falsum ē quia cum pater essentia diuia ablatione et sit et deus sit eo igitur ꝙ generat et est et deus ē igitur nō genito gignens s3 gignenti genitum cū ē vt sic et deus sit. ¶ Contra ar. sic sapientia ē de sapientia et lumē de lumine et sic de similibus igitur etiā essentia de essentia Respondetur negando consequētiā quia hec nomina sapia lumē et subā q̄ñ sumūtur proprie et tunc predicta non conceduntur q̄ñ sumuntur appropriate ita ꝙ ratione appropriationis sumuntur tunc notionaliter et sic talia concedūtur sed vocabulum essentie non appropriatur alicui persone vnde dico ꝙ nec lumē nec sapientia que ē simul tres persone et sigillatim quelibet earūdē generat vel generatur vel sicut dictum ē et sicut etiaȝ patet per expositionem ma. in textu.

3. dubium. ¶ Tertium dubium videtur enim ꝙ essentia generatur quia essentia diuina cōmunicatur igitur producitur antecedens patet per augustinum. 15. de trinitate ca. 26. essētia prestat filio actiua generatio consequētia patet tum quia cōmunicare et cōmunicari sunt relatiue opposita et nō dicunt nisi relationes originis igitur omnino sunt idem ꝙ producere et productū quia si sic alique due correlationes si vnum extremum vnius sit idem vni extremo alterius ⁊ reliquum reliquo sed producens et productum ex vna parte et cōmunicans et cōmunicatum ex alia parte sunt huiusmodi et producēs et cōmunicās sunt idem igitur et productum et cōmunicatum ¶ Item essentia ē filius patris et essentia ē genitum antecedens patet quia filius patris ē essentia igitur per conuersionē simplicē ⁊c. consequentia probatur quia sequitur essētia ē filius patris igitur pater ē pater essentie sicut sequitur sor. est filius platonis igitur plato ē pater sortis et vltra igitur essentia generatur a patre Item filiatio et generari sunt idem etiā formaliter igitur sicut essentia ē filiatio ita erit generari igitur generat.

Ad primū. ¶ Ad primum negatur consequentia Ad probationem primā dicitur ꝙ licet quasi opposito modo dicendi vel significandi exprimātur nō tamē relatiue opponitur quia hic non signatur distinctio inter cōmunicans et cōmunicatum sicut inter producens et productum. ¶ Idem enī pōt cōmunicare se et dare se et mittere se et huiusmodi licet forte in proposito non diceretur apte ꝙ essentia cōmunicat se sed magis ꝙ pater cōmunicat essētiā sicut allegatum est de augustino essentia prestat filio. ¶ Vlterius tamen dico ꝙ cōmunicare et cōmunicari non sicut relationes originis formaliter: ita scilicet ꝙ cōmunicari sit originari et cōmunicare sit originare nā essentia cōmunicatur et nō originatur et spiratio actiua cōmunicatur et nō originatur et ideo nō sequitur ꝙ idem sit producere et producere ymo nec de eodem dicuntur ex vna parte nā essētia cōmunicatur et non producitur suppositū autem producitur et nō cōmunicatur. ¶ Ad secundā probationem consequētie maior ē impossibilis nisi vtendo actu exercito pro actu signato sic scilicet ꝙ vnum extremum sit idem ⁊c. i. significet idem et tunc haberet veritatē si adequate idem vel eadem per se significāt sed sic nō ē in proposito quia aliquod producens non ē cōicans et etiā cōmunicans non producit illud quod cōmunicat nec ecōtra vnde tamē in proposito cōmunicans et producens dicuntur de eodē scilicet de supposito patris non tā sequitur ꝙ cōmunicatum et productum dicuntur de eodem sicut sp. ss. dat seipsum ale quam creat idem ē ibi dans et creans nō tamē sequitur ꝙ idem sit ibi datum et creatum. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ ly filius patris accipitur adiectiue consequentia ē bona añs falsum si substantiue añs ē verum et consequētia nulla. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ licet essentia sit generari sumendo infinitiuum nominaliter quia tunc esset sensus ꝙ essētia sit generatio passiua quod verum est non tamē sequitur ꝙ ipsa generetur. ¶ Ad primum principale negatur discursus. ¶ Ad probationem dicitur ꝙ licet inter essentiam et generationem nō sit relatiua oppositio tamē inter generans et genitum ē distinctio quā realis vnitas nō permittit ī diuinis

inter essentiam et personam etiã cõceditur ꝙ essẽtia et res generans vel hoc quod ẽ generare sunt idem eo ꝙ non est ibi relationis oppositio non tñ sequitur ꝙ igitur essentia generat. ¶ Ad secũdum ⁊ ad tertium patet ex solutionibus paralogismorum.



QUito q̃ro circa distinctionẽ.33 ꝓ di.7. Utrũ potentia generandi possit cõmunicari filio in diuinis. Videt ꝙ sic qꝛ potẽtia generandi est ipsa natura diuina ⁊ ipsa cõicatur filio a patre igitur prima ꝓpositio ꝓbatur ꝑ damascenuȝ li. primo cap. 8. vbi dicitur ꝙ generatio ista eterna est op⁹ nature ⁊ iterũ ex patris natura dicimus filij generationem igitur cum natura nõ generat ibi ex di. quinta supra relinquit ꝙ sit principium electiuuȝ generationis ⁊ hoc est eã esse potentiã generandi non enĩ calor est potentia calefactiua nisi qꝛ ẽ principium calefaciendi. ¶ Contra si sic tunc filius posset generare ideo enim posset spirare quia potentia spirandi sibi communicatur sed consequens est falsum qꝛ si filius posset generare imoderata esset generatio diuina nec impleret generationis series ⁊c. prout de hoc allegat aug. i di. 7. ca. 2. ¶ Ista questio ⁊ multe alie supponunt generationem actiuam in diuinis elici principiari ⁊ originari. Ideo primo videndum est an illud suppositum sit vnũ scḋo supposito ꝙ non videbitur an potentia generandi sit aliquid absolutum vel re-

1. articul⁹. spectiuũ. Tertio ad questionẽ respõdebo ¶ Quo

1. cõclusio. ad primũ teneo cõclusionẽ negatiuam cum pe. aureo. di. 5. q. prima arti. 3. Probat ꝑnitas diuina non originatur nec principiat nec elicitur igit nec generatio actiua ꝯña patet ꝑ ma. li. 1. di. 27. ca. 2. vbi dicit ꝙ paternitas ⁊ generatio actiua sunt eadem res oino diuersis verbis expressa ⁊ cõia scholastica hoc tenet. ¶ Aña probat quia si paternitas aliũde originaretur sic ꝙ eliceretur ⁊ caperet suã realitatem tunc pater originaretur ⁊ constitueretur formaliter per rem ꝓductam elicitam ⁊ capientẽ aliunde originantis entitatem ⁊ ita pater erit aliquid generatũ ⁊ ꝓductum ex quo paternitas eẽt originata sed patrẽ originari est erroneũ igit. Itẽ si generatio que fit a patre vel q̃ sit ipse pater vel constituens patrem est aliquid elicitũ aut igitur elicitur ab essẽtia aut a patre nõ a patre quia nulla res elicit vel causat seu ꝓducit seipsum vel suũ formale constitutiuũ nec ab essentia quia tũc realiter distingueret ab essentia eo ꝙ res elicita que ẽ essentia accipit aliũde ⁊ res eliciens que esse dat vel causat necessario distinguit. Idem enim nõ est eit nec originat se nec est sibi ipsi causa vt sit. ¶ Sed huic rationi instatur ꝙ si ex ydemptitate generationis actiue cum essentia concluditur ꝙ vnum nõ est principium alterius igitur generatio passiua non ẽ aliquid elicitum cũ eque sit indistincta ab essentia sicut generatio actiua ¶ Respondet pe. aureo. et sufficienter ꝙ ipsa nõ est principiata nec originata ab essentia sed illata a generãte a quo realiter distinguit. Item. 3. pater ẽ suppositũ improductũ ab alio scẽm se ⁊ quodlibet quo ẽ primum suppositũ sed pater ẽ suppositum formaliter ꝑ generationem actiuã scḋm opinionem cõem igitur habet generationem actiuã vel est generatio actiua non elicitiue a se quia tũc eliceret illud quo ẽ formaliter primuȝ suppositu quod non ẽ ymaginabile nisi idem pricipiaret se. Item si generare ponatur aliquid egrediens aut pullulans aut etiã capiens necesse est ꝙ deitas a qua pullulat ⁊ egreditur realiter distinguit ab eo ꝯñs est falsum ⁊ ꝯña manifesta. ¶ Item si generare esset aliquid elicitũ in deo igitur de⁹ faceret se patrem et ita vt supra pater esset aliqd productũ in diuinis. ¶ Item

scẽm augustinũ. 5. de tri. ca 16. ⁊ 15. de tri. ca. 20. Augustin⁹

filius non tantum habet nascendo vt filius sit sed omnino vt sit ⁊ deus sit ⁊ consimile dicit de. sp. igit similiter si pater habet profluendo ⁊ egrediendo ꝙ pater sit ꝙ vtiqȝ oportebit dicere si generatio actiua seu paternitas principietur ⁊ elicitatur ab aliquo et originaliter profluat necesse est ꝙ pater habeat profluendo ꝙ deus sit ⁊ omnino ꝙ sit quod tamen est erroneũ. ¶ Item si generare est aliquid elicitum igitur proprie denominabit essentiam a qua profluit ⁊ improprie patrẽ a quo non profluit igitur hec est magis ꝓpria essentia generat q̃ hec pater generat ꝯñs est erroneũ igitur ⁊ añs. s. ꝙ generare sit aliquid elicitum. ¶ Concedo igit cõclusionem istam ꝙ generatio actiua est simpliciter improducta et non originata nec elicita plusq̃ deitas et idem dico de spiratiõe actiua et ideo pater quo ad nihil sui est principiatus plusq̃ deitas nec aliquid in diuinis quod est ipse pater ⁊ ex hac cõclusiõe innumerabiles possũt solui difficultates q̃ secundum communem viam ponentem generationem actiuam elici ⁊ principiari vix aut difficulter

euaduntur. ¶ Secũdo si tenerem sicut faciũt mul- 2. cõclusio.

ti ⁊ rationabiliter vt geraldus ꝙ generatio actio ⁊ in diuinis ⁊ vbiqȝ sit in passo vel productio vel ipsum productuȝ ita ꝙ in diuinis generatio actio est realiter generatio passio que est realiter fili⁹ aut aliquid intellect⁹ filij. ¶ Dicerem consequenter ꝙ generatio actio ibi ꝓducitur et originatur sicut filius aliter videtur sibi ꝙ filius in diuinis duabus generationibus seu productionibus produceretur quod sibi videretur superfluum. Sed cum hoc stat prior conclusio ꝙ generatio actiua vel productiua filij non est filius nec aliquid intrinsecuȝ filio sed est ipse pater productiua filij filius enim non potest poni productiua filij. ¶ Sed contra primam conclusionem instat pe. aureo. 1. ꝯtra se quia si sic tunc pater in diuinis non vere generaret consequens est erroneum. consequentia probatur quia illud solum dicitur vere generare a q̃ generatio profluit et egreditur sed secundum dictam cõclusionẽ non egreditur a patre generatio actiua. Respondet ⁊ bene negando consequẽtiam et etiam illud quod assumitur ad ꝓbationem cõsequẽtie qꝛ excellentiori modo generat pater cũ constituitur formalit ꝑ ipsam generationẽ vel est formaliter ipsa generatio actiua q̃ si eliceret ipsam sicut suppositum absolutũ generationi ꝓsuppositũ modo quo for. presupponitur generationi actiue qua producit aliud modo enĩ excellentiori dicitur generans generare vbi est denominatio essentialis ⁊ intrinseca q̃ vbi est denominatio accidentalis ⁊ extrinseca ¶ Secunda instantia quia tunc in diuinis generatio non eẽt actio de formali nãqȝ ratione actionis ẽ ꝙ sit ad hoc l hoc ex tertio

phisicoꝝ sȝ generatio in diuis scdm dicta non erit
ab hoc cum nõ sit elicita igitur actiua generatio
non est in diuinis. dicendũ secundum doctorẽ illũ
negando ꝯñam qꝛ non est de ratione generatiõis
actiue in diuinis sic esse ad hoc elicitiue sȝ sufficit
ꝙ sit huius constitutiue sic enim dicit pe. aureo. ꝛ
bene tenendo persona cõstitui ꝙ generatio acti-
ua formaliter ꝛ intrinsece constituit patrem sed
ego loco huius dicam cõmunem opinionẽ loquẽ-
do ꝙ pater sit formaliter generatio actiua seu fi-
lij productio. Item tertio instat vnus doctor con-
tra pe. aureo. in hoc puncto sic ex quo ponis ꝙ ge
neratio passiua est illatio generationis actiue ad
modũ loquendi doctoris sex principiorũ ꝛ per te
non ponis ꝙ sit illatio essentie in patre igit̃ ponis
in patre inter essentiam ꝛ generationem tantam
non ydemptitatem quãta requiritur ad saluãdũ
ꝙ essentia esset principium elicitiuum generatio
nis actiue. ¶ Item qꝛ de facto nulla est distinctio
magna vel parua ꝛ per te pe. aureo. in persona pa
tris inter essentiã ꝛ paternitatẽ ꝛ p ꝯñs tantum ẽ
ibi pater ꝛ tunc idem est ac si quererem vtrum pa
ter sit pricipiũ elicitiuũ generatiõis ꝛ essentia tũc
cum idem sit patri elicere generationẽ ꝛ genera-
re quare non conceditur igitur est principium eli
citiuũ generationis actiue. ¶ Ad primum ego ne-
go ꝯñam quia licet ponã ꝙ generatio actiua pa-
tris inferat passiuam filij ꝛ non essentia patris et
ita ponam ꝙ essentia patris sit aliquid puta filia-
tio ꝛ paternitas non est illud nullã tamen pono di
stinctionem inter paternitatem et essentiã qꝛ pa-
ternitas est ita essentia ꝛ econuerso quod non per
mittitur quecũꝗ distinctio parua vel magna inter
essentiam ꝛ relationem qꝛ tamen essentiã esse ali-
quã remꝗꝫ generationem actiuã non esse istã non
ponit non ydemptitem quanta requirit̃ ad hoc ꝙ
generatio actiua eliceretur ab essentia hoc enim
requireret distinctionem realem inter ea talẽ eti-
am ꝙ hoc non esset illud ideo ꝯña nulla. ¶ Ad ter
tium dico ꝙ pe. aureo. sicut ꝛ ego vocat essentiam
in patre illam rem que est omino tres persone di-
uine simul et sigillatim quelibet earũdem ꝛ bene
volo ꝙ nec de facto nec de possibili est inter illam
ꝛ generationem actiuam quecunꝗ distinctio. Et
vltra dato ꝙ demonstrando primum suppositum i
diuinis tantum sit ibi pater. i. nihil aliud a patre ꝛ
tamen est ibi aliqua res. s. essentia patris que rea
liter est alia res puta filius et tamen pater non
est ista res. i. filius propter hoc dico ꝙ non est idẽ
querere. Utrum essentia sit principiũ elicitiuum
generationis ꝛ vtrum pater. ¶ Sed siue sit siue sit
queram ꝓbatum est ꝙ non cum dicis idem ẽ patri
elicere generationem actiuã ꝙ generare dico ꝙ
falsum est vt patet ex supradictis nisi accipiendo
generationem actiuam denomiatione extrinseca.

3. cõclusio. ¶ Ex predicta conclusione sequitur alia quasi cor
relaria ꝙ principium generationis in diuinis non
est absolutum nec respectiuũ quia qđ nullo modo
principiatur nec habet principium absolutũ nec
respectiuum sed generatio actiua ẽ hmõi. ¶ Ex q̃
patet vlterius ꝙ non opꝫ inuestigare ꝙ absolutũ
sit eius principium vtrum scilicet essentia vel me-
moria vel intellectus ꝛc. nam ex quo non elicitur
vel pricipiatur expeditum est negotiũ quo ad hoc
et multa alia. ¶ Item tale principium non foret es
sentia vt pehabitum est nec intellect⁹ aut memo
ria quia quodlibet absolutum est omnib⁹ modis
a parte rei idistictũ ab essentia i deo ꝛ est adequa
te ꝛ conuertibiliter idem illi ex prima. q. hui⁹ ma
terie igitur si essentia non est eius principium nec
memoria paterna nec intellect⁹ paternus erit ei⁹
principium nec respectus aliqꝗ puta ꝓprietas ꝑ-
sonalis patris qꝛ vt prius nihil est principium eli
citiuũ suiipsius. ¶ Sed proprietas personalis pa-
tris et generatio actiua sunt idem omnibus mo-
dis in re igitur minor patet quia a nullo in diuis
respectu cuiuscunꝗ in diuinis negãdus est iste mo
dus ydemptitatis quo est idem sibiipsi nisi quorũ
vnum non est aliud sicut est de patre respectu filij
vel de pñitate respectu filiatiõis vel hmõi vel ni
si quorum vnũ est aliquid ꝛ reliquum non est illud
sicut de essentia et de paternitate vel de generatio
ne actiua vel de spiratione actiua sed ꝓprietas nõ
est aliqua res qui generatio actiua sit ista eadem
res e conuerso igit̃ sunt adinuicem idem omnibus
quibus vtrunꝗ sibiipsi. ¶ Per idem argumentũ
probo ꝙ nullus respectus sed etiam ꝙ nullum re
latiuum et nulla persona in diuinis est principiũ
generationis actiue ꝙ enim nec filius nec. s. s. cer-
tum est fideli nec pater probo ꝛ hoc aliter ꝙ supra
in prima conclusione sic nihil est principium suiip-
sius seu istius quod est sibi a parte rei idem omni
bus modis quibus sibiipsi: sed pater et generatio
actiua sunt huiusmodi probo per istud principiũ
a nullo in diuinis negandus est aliquis mod⁹ nõ
ydemptitatis qui non vere negetur ab ipso respe
ctu suiipsius nisi vnum illorum non sit reliquum
vel e conuerso nisi vnum illorũ sit aliqua res ꝛ re-
liquum non sit illa res: sed ita est de paternitate ꝛ
de patre vel de patre ꝛ generatione actiua igitur
conclusio predicta vera licet videatur mirabilis
illis qui siti sunt in ymaginatione de constitutiõe
diuine persone ex proprietate ꝛ essentia sicut vidẽ
tur scd. ꝛ okam tenere tamen okam in responsio-
nibus tenuit illud quod ego hic tunc apud illos
illud principium non esset concedendũ a quo hic
arguo nisi addita alia particula quã addere ha-
bent isti scilicet vel nisi alterum includat aliquid
quod est aliqua res et aliquid quod non est illa
res et ita dicerent ipsi de persona ꝙ includit essẽ-
tiam et proprietatem per essentialiter quorum
essentia est aliqua res et proprietas huius perso
ne non est proprietas alterius persone nam perso
na secundum eos et secundum omnem viam con
stituitur essentialiter ex proprietate et essentia q̃
non habent inter se omnem modum ydemptita-
tis quo essentia est eadem sibiipsi secundum eos
et quid mirum tunc ꝙ proprietas que est alterũ
constituentium personas non est omnibus modis
eadem toti persone constitute sicut ipsa est eadem
sibiipsi. ¶ Sed quia non video ꝙ ista via incidat in
ymaginationem compositionis persone diuine qꝛ
ponit eam constitui et includere hoc et hoc et hu
iusmodi et ego non reputo hoc ponendum sed po
tius volo sustinere personam esse eque simplicem
sicut essentiam vel personalem proprietatem.

¶ Ideo nolo dicere ꝙ persona includat relatio-
nem et essentiam de virtute sermonis loquendo
nec ꝙ constituatur vel resultet ex ꝓprietate ꝛ essẽ
tia sȝ nolo dicere ꝙ est essentia et proprietas hoc
idem dico de proprietate ꝙ ipa est essentia et ipsa
est ꝑsona et ꝙ nomẽ ꝓprium primi suppositi i diuis

et nomen ꝓprium paternitatis filii⁹ que deus est
ꝛ ita de aliis sunt synonima ¶ Et hui⁹ ratio supe-
rius tacta est simul cum medio remouendi a diui
na persona omnem constitutionem et compositio
nem et resultationẽ ꝛ hmõi quãto em̃ cũ ymagina
tione perfectioꝝ simplicitatis poterit saluari vni
tas olim que ibi fides docet ponere tanto pulchri
us et probabilius talis saluantur omnia autẽ ar
gumenta que sonant oppositũ que sonant opposi
tum per methaphorã glosanda sunt. verbi gratia
in personis ꝛ hmõi, dices contra cõclusionem pre-
dictam sicut arguit okã ꝙ licet actiua generatio
non sit producta aut originata tñ quia ex cõmu-
ni vsu loquẽdi omne illud dicitur elicitum esse ꝙ
denotat aliquid aliud producere sicut calefactio
dicitur elicita ab igne quia ignis a calefactiõe di-
citur calefacere lignũ igitur generatio actiua po
terit dici elicita licet ipsa non sit realitas ꝓducta
vel originata ꝛ non ẽ elicita a seipsa igitur ab essẽ
tia qꝛ nihil aliud sibi concurrit preter essentiaꝫ et
personã constitutam per ipm̃ generare similit̃ nos
dicim⁹ ꝙ actus creationis elicitur a diuina essen-
tia et tamen nihil est ibi ꝓductũ nisi creatura ipsa
absoluta igit̃ eodẽ mõ dici posset ꝙ generatio a-
ctiua est elicita ꝗuis nõ sit ꝓducta. ¶ Ad istud non
nego quin methaphisice ꝛ abusiue loquẽdo possit
cõcedi generationẽ actiuã in diuinis elici non tñ
loquendo ad proprietatẽ sermonis qꝛ iuxta artẽ
ꝛ regulã anselmi de casu dyaboli cap 12. multa in
cõi locutione dicuntur improprie sed cũ oportet me
dulam veritatis inquirere necesse ẽ impropꝛietatẽ
perturbantẽ ꝗtum res expedit ꝛ possibile est cer-
nere. ¶ Ideo cũ hic inquirat̃ veritas rei ꝛc. etiam
cõgruentie in oppositu adducte nulli⁹ sũt momen
ti falsũ est em̃ ꝙ oẽ illud dr̃ elicitũ quod denotat
aliquid ꝓducere aliud nisi aliquid apud qꝺ deno
tat sicut res capiens esse ꝛ originata a qua accipi
2. articul⁹. tur denotatio originantis. ¶ Quantũ ad scd̃m ar-
1. cõclusio. ticulũ dico ꝙ potẽtia generandi põt dupliciter ac
cipi vno mõ pro principio elicitiuo generationis
actiue quod vocatur cõiter pricipiũ quo respectu
huius gñationis eliciende ꝛ patet ex ꝑcedẽti arti-
culo ꝙ in diuinis non contingit reperire potentiã
generandi ad istum sensũ loquendo. ¶ Aliter põt
accipi ꝓ illo qꝺ generat vel quod generare posset
ita ꝙ isti termini conuertant̃ potens generare et
potentia generandi nõ distinguẽdo potẽtiam con
tra actũ ꝛ isto modo pater in diuinis est potentia
generandi ꝛ etiam similiter essentia nam essentia
est pater ꝗ posset generare sed scd̃m ꝑdicationem
formalem distinctã contra ydemptificam non ẽ di
cendum ꝙ essentia diuina ẽ potẽtia generandi qꝛ
essentia ꝛ quodcũq absolutũ in diuinis nec gene-
rat nec generare põt ex ꝑcedẽti. q posita. 5. di. nec
ad istum sensum loquẽdo vertebat̃ hoc in dubiũ
inter doctores sꝫ tantum ad primum se istũ si em̃ ge
neratio in diuinis esset elicita ꝛ originata tũc eẽt
difficultas ex quo essentia est indifferens ꝛ indeter
minata tam ad generationem actiuam eliciendã
ꝗ ad spirationẽ actiuã aut determinat̃ ad hanc vł
istaꝫ ꝑ aliquid respectiuũ vel ꝑ aliqꝺ absolutum
ꝛ dicerẽ isto impossibili posito ꝙ ꝑ seipsũ ꝛ ꝙ nul-
lus respect⁹ requireret̃ in ratiõe determinatiui
ꝛ ꝓpinqui potent vt ita loquar ad istos actus eli
ciendos qꝺ contra gandensẽ sufficiẽter ꝓbat hic
okam di. prima. q. 7. ¶ Ex his patet ad articuluꝫ
ꝙ illud quod ꝑ se ꝛ formaliter est potẽtia generã
di est respectiuũ seu notionale nõ absolutũ vel es-
sentiale nisi ydẽptitate ad sensũ ꝑexpositũ. ¶ Ex 3. articul⁹.
ꝑdictis patet quid sit dicendũ ad tertiuꝫ ꝙ poten-
tia generandi in diuinis idẽ ẽ ꝙ potens generare
ideo si potens generare põt cõicari filio tũc etiaꝫ
potentia generandi põt cõicare filio vel si potens
generare nullo mõ possit cõicari filio nec potẽtia
generandi erit sibi cõicabilis verũ aũt potens ge
nerare possit cõicari filio. Dubiũ ẽ ꝛ videtur ꝙ sic
qꝛ aliquod cõicatum vel cõicabile filio ẽ potens
generare ig tur potens generare cõicatur vel est
cõicabile filio ꝑ conuersionem añs pꝫ qꝛ hoc cõica
bile vel cõicatuꝫ filio demonstrata essentia diuina
cõi patri et filio est potens generare ipa em̃ ẽ pat
potens generare igit̃. ¶ Contra fili⁹ non ẽ potẽs
generare nec esse põt igit̃ añs ꝓbatur qꝛ nihil in
diuinis ẽ potens generare vel esse potest nisi ꝙ in
diuinis est pater vel esse põt pater sed fili⁹ in diui
nis non est hmõi igitur. Maior est nota qꝛ hoc est
in diuinis aliquid cõicare ꝙ ꝓductuꝫ eẽ illud ꝙ ꝑ
ꝓductionem originat̃ ꝛ simul cũ hoc ꝓducens eẽ
illud. ¶ Item per oẽ in eundẽ modum quo potens
generare diceret̃ cõicari filio diceretur generans
posse cõicari filio sed generans nõ posset cõicari fi
lio quin filius esset generans sed hoc non videtur
posse concedi ꝙ solum in diuinis ẽ generans vt vi
detur ꝙ in diuinis est pater sed fili⁹, nec est pater
nec esse potest. Uidetur mihi ad pñs dicendum ꝙ
licet talia adiectiua notionalia ꝛ etiam substanti
ua notionalia vt ista noĩa pater ꝛ filius secunduꝫ
doctorem di. 5. primi. q. prima et alexander in sũ
ma vt ibidem allegat sco. sumi possunt adiectiue
et substantiue. verbi gratia vt si dicerem gñans ꝛ
genitũ ꝛ talia substantiue sumpta vere affirmant̃
de essentia ꝛ non adiectiue sumpta Et ideo ipsi ex
proprietate grãmatice nõ permittuntur stare nisi
altero istorũ modorũ tantũ: si tamẽ hoc est possibi
le tunc planum est Quid sit dicendũ ad tales. ver
bi gratia si dicitur ꝙ essentia diuina est genit⁹ ni-
hil esset dictu nisi ꝑdicatũ sumeretur ꝓ filio ideo
absq distinctione esset concedenda ꝛ hec absq di-
stinctione negãda essentia ẽ genita si sermo deter-
minet ꝑdicatu stare adiectiue sed hec essentia est
genitum esset distinguenda. ¶ Et sic patet quid sit
dicendum licet em̃ ista adiectiua notionalia gene
rans et potẽs generare sic ꝛ sic sumi possunt tamẽ
videt̃ mihi ꝙ qñ sumuntur substantiue etiam su-
munt̃ pro supposito ita ꝙ iste sit sens⁹ sumpto pre-
dicato substãtiue hoc ẽ generãs i. hoc ẽ suppositũ
quod generat ꝛ hoc ẽ potens generare igitur hoc
est suppositum quod potest generare ꝛ ad hunc sẽ
sum et nullũ aliũ cõceduntur tales essẽtia ẽ ge-
nerans essentia ẽ potens generare et ratio ẽ quia
substantiua notionalia de quibus concedunt do-
ctores ꝙ possunt sumi adiectiue ꝛ substantiue. ver
bi gratia pater et fili⁹ vt supra per doctorem sub.
distinctiõe quinta quãdo sumũtur substãtiue pre-
cise sumuntur pro supposito vt sit sensus essentia
est pater filiũ vel patris filius igitur hec essentia
est hoc suppositũ vel istud igitur similiter erit de
notionalibus adiectiuis substãtiue acceptis sic ꝛ
ꝛ sic tamẽ supponẽtib⁹ assumptũ ꝓbatur qꝛ alio-
quin hec haberet sensum verum pater est filius
nam si subiectum vel predicatuꝫ substãtiue staret
ꝓ oi eo qꝺ nõ est pater et non precise ꝓ supposito

quod est pater cū idem quod est pater sit filius ꝫ hec fides ecclesie non admittit. ¶ Item non video ꝙ fides ad aliquem sensum concedat ꝙ in diuinis generans sit genitum aut econtra et tamen illud quod est gignens est genitum. Ex istis sequitur responsio ad dubitationem. ¶ Constat enim ꝙ potens generare adiectiue sumptum repugnat essentie cum essentia non possit generare et substantiue sumptum stat precise non supposito quod posset generare et non pro omni eo quod est potens generare vt iam declaratum est igitur sequitur ꝙ potens generare non posset filio communicari.

¶ Ad argumentum in contrarium conceditur antecedens sumpto predicato substantiue et negat᷑ consequentia sumpto predicato cōsequentia. s. ly cōmunicabile adiectiue nec sic valet conuersio bene tamen valet sumpto ly cōmunicabile substantiue vt sit sensus potens generare est res cōicabilis filio ⁊ hoc est verum quia potens generare est essentia cōicabilis filio. Sed contra ista est dubiū

Dubitat᷑ ꝯ dicta ⁊ pbat ꝙ multas rōnes ꝙ fili⁹ possit gn̄are.

repugnaret anime intelligere omnia ista simul vel
non: si non igitur anima est infinite capacitatis qđ
ego nego si sic igitur potest tantum intelligere fini
ta et per consequens tot ꝙ non plura. ¶ Item ar-
guit ꝙ exemplum meum de albedine et dulcedine
in lacte non est ad propositum quia lac non habet
actiuitatem respectu illorum accidentium et per
idem probatur ꝙ nec exemplum meum de habiti-
bus et speciebus facit ad propositum quia anima
non habet actiuitatem respectu habituum postq̃
ponuntur in anima. Item dixi ꝙ illud quod nos ex
perimur vt dicit augustin⁹ nos per vnum actū in-
tensum interim ab alio impediri siue eiusdem siue
alteri⁹ speciei hoc est ex pena peccati nobis infli-
cta pro statu presenti sicut et obliuio ignorantia i
potentiam et consimiles defectus que in futuro g
dei gratiam auferentur. ¶ Contra inquit si est. a.
pena peccati ꝙ nos possumus nos experiri habe-
re simul actus intelligendi multos intēsos igitur
si primum peccatum fuisset duplo grauius duplo
minus talia experirentur ⁊ sic per peccatum ali-
quod possibile primi hominis potuisset fieri ꝙ ni
hil oīno experiremur.

Ad pmum
dicitur.

¶ Ad primum negať ꝯn̄a ſȝ
bene sequitur ꝙ sit ꝟtutis infinite vel ꝟtua ifinita i
causa vel in causis secū possint concurrere ad infi-
nitas actiōes sicut cū intellectu. modo principali
ter cōcurrit deus et post hoc obiecta mouētia ⁊ cō
principientia noticias sui vel etiaȝ habitus cogni
tiui sufficientes nec illud est incōueniens ratione
actiuitatis intellectus quia ita ē in aliīs actiuis
verbi gr̄a. a. albedo. b. oculum in medio disposito
immutabit ad tantum gradū visionis sui sicut pos
set causare in illo: et si hoc facto deus simul pone-
ret in eodem situ cum priori oculo oculum alium
ita perfectū graduȝ visionis causaret albedo ista
in secundo oculo sicut in primo et eodem modo fo
ret si essent et sic sine fine et si quilibet talium ocu
lorum distinguerentur specie ab alio eorūdē intrī-
ꝙ cum eodē obiecto natus esset causare in seipso
visionem alterius speciei q̃ aliquis de aliīs consi
militer approximatis adhuc nō terminaretur acti
uitas dicte albedinis ad numerum aliquem fini-
tum visionum quin vltra posset illum et tamen nō
sequitur infinita actiuitas i eadē albedine igitur
nec in proposito. vnde penes multitudinem effe-
ctuum simul causabilium ab actiuo naturali cum
principiīs aliīs actiuis et passiuis sufficientib⁹ re
quisitis nō mensuratur quantitas sue virtutis qꝛ
vniuersaliter omne illud quod posset isto mō vnū
effectum efficere non tot quin plura aliis potest si
mul efficere habitis aliīs requisitis sed potius se
cundum pōm ⁊ veritatē mensuratur virtus ex ma
gnitudine effectus in quem potest. Dices tanta ē
virtus agentis anteq̃ agat sicut dum agit eo ꝙ ꝓ
ductioni effectus ꝓsupponitur virtus igitur intel
lectus si non tot quin plures cognitiōes specifice
distinctas possit simul. i. simul sit potens causare
ita argueretur infinite virtutis sicut si simul cau-
set īfinitas nulla eīn virtus substātialis sibi accre
scit ex hoc ꝙ exit in effectum. Sed nunc est ita ꝙ
intellectus beatus non tot quin plures specifice
distinctas cognitiones equales perfectionis cum
p̄ma dāda vel perfectiores simul habet virtutē et
potentiam causandi quia quilibet talis intellect⁹
simul habet potentiā causandi i se visionem crea-
ture dande. s. a. ⁊ duplo nobilior scd̄m spēm si ap-
proximareť ⁊ quadruplo ⁊ sic sine fine igiť talis i
tellectus ē potētie ifinite. ꝯn̄a ꝓbať qꝛ si esset ali-
quis intellectus q̄ precise haberet naturalē potē
tiam efficiendi partialiť potētiā respectu. a. obie
cti ille esset alicui⁹ determiāte ꝑfectiōis i agēdo
⁊ si esset ali⁹ q̄ ꝓcise posset i se habere ⁊ creare vi-
sionē. a. ⁊ etiā visionē obiecti duplo nobilioris spe
ciei ad. a. ille i duplo vel i aliqua alia certa ꝓpor
tiōe excederet p̄mo datū itellectū ⁊ sic nō tantum
quin vltra posset deus procedere ascēdendo ad in
tellectus hmōi nobiliores et omēs tales itellect⁹
improportionaliter excedit quilibet iā beat⁹ qui
ad nullū finitum nūeruȝ limitatur respectu huius
modi obiectorum igitur quilibet intellect⁹ beat⁹
est ꝟtutis seu potētie ifinite. Respōdetur negādo
primaȝ ꝯn̄am qꝛ non tot quin plura posse efficere
aliīs cōcurrētibus ⁊ dei īfluētia gn̄ali non arguit
potētiā ifinitam vt iā dictū est. ¶ Ad ꝓbationē dr
ꝙ an̄s illi⁹ cōditionalis. s. si esset aliqs intellect⁹
qui precise haberet ⁊c. implicat repugnantia eni
includit ꝙ aliqs intellectus sit potens intelligere
a. obiectum quin possit secundo nobilius secūdū
speciem et deinceps sine statu supposita dei influ-
entia generali ⁊ huius oppositum supponit argu
mentum. Et cū infertur ꝙ tunc non possit probari
deum esse virtutis infinite negať ꝯn̄a qꝛ de⁹ sine
concursu alterius cause infinitos effectus potest
producere sec⁹ autem est de creatura vt patet ex
dictis ¶ Ad scd̄m argumentū dicēdū ē ꝙ nō ē dif-
ficile ex impossibilibus sequi impossibile sed ꝙ de
us creat infinita entia secundum species suas ab-
solutas de predicato substantie vel qualitatis

distincta, includit repugnantiam igitur ⁊c. et etiā
dato q infinita essent facta et anime debite appro
ximata. Dico q non esset maius inconueniens tūc
q anima intelligeret simul omnia illa per infini-
tas visiones specifice distinctas quodlibet eorum
distincte vel saltem illa intelligere posset et nō se-
quitur q igitur esset capacitatis infinite quia ca-
pacitas non mensuratur penes multitudinem re-
ceptibilium sed penes magnitudinem illius quo
repleri potest sicut dictuz est de actiuitate suo mo
do ⁊c. ¶ Ad tertium et ad quartum satis patet q
licet non sit omnino similitudo sufficit tamē q nō
sit repugnantia recipi in eodem non tot quin plu-
res tales intensiones nec etiam ratione actiuita
tis repugnantia est vt prius declaraui igitur.
¶ Ad vltimum negatur consequentia quia pena
imposita pro grauiori peccato fuisset in volunta-
te diuina sicut nunc pena inflicta pro peccato pri-
mi parentis iam commisso ⁊c.



Ono quero vtrū
charitas propter demeri-
ta minuatur. Uidetur q sic
quia sit .a. vnus actus meri
torius per quem i petro au
geatur gratia baptismalis
in vno gradu et reiteretur
decies tunc erit augmentuz
gratie decem graduuz quo
stante arguitur possibile est q aliquis act⁹ sit ita
demeritorius sicut .a. est meritorius vocetur igi-
tur talis .b. culpa mortalis tunc sic petrus nō gra
uius punietur pro .b. q premiaretur pro .a. semel
facto igitur propter .b. non substrahitur eius ma
ius bonum q sibi daretur pro .a. igitur sequitur q
solum pro .b. substraheretur sibi vn⁹ gradus cha-
ritatis igitur adhuc in eo scilicet in petrō post cul
pam .b. perpetratam remanebit gratia baptisma
lis cum nouem gradibus gratie superaddite. Cō-
firmatur quia deus remunerat vltra condignum
et punit citra condignum igitur cum tam mala sit
priuatio q bonus est habitus secundum regulam
anselmi prius allegatam deduci potest clare pro-
positum. Probatur peccatum vnum mortale suf-
ficienter puniretur per penam sensus in inferno si
hoc non est peius q perdere gloriam debitam vni
actui tam meritorio sicut istud peccatum erat de-
meritorium igitur cui decies maior gloria debe-
batur nec pena sensus gehennalis dabitur nec to-
ta gloria debita nec proportionalis charitas au-
ferretur quot et quantum offerri esset sibi ita ma
lum sicut illam penam gehennalem sibi infligi si
nulla gloria sibi deberetur et antecedens primuz
patet satis si capiatur vnus extra gratiaz cui nul
lus gradus beatitudinis eterne debeatur ille suf
ficienter puniri poterit certa pena alia sensus.
¶ Ad oppositum si sic vel propter demeritum mor
tale vel veniale minuetur charitas non primum
quia hoc tollit charitatem. Non secundum quia
tunc multiplicatio venialiuz posset totaliter auf-
ferre eam et ita aliquis posset esse damnatus
eternaliter pro solis venialibus quod est inconue
1. articul⁹. niens. Conclusio prima charitas habitualis acq-
1. cōclusio. sita potest minui. Probatur quia quilibet grad⁹
genitus ex actibus habentibus actus contrarios
potest minui per actus contrarios sicut generari
per actus debitos. Sed charitas acquisita est hu-
iusmodi igitur ⁊c. maior est nota secundo ethico-
rum minor probatur quia licet deus nō possit odi
ri propter se ⁊ per cōsequens habitus charitatis
genitus ex actibus diligendi deum propter seip-
sum nec possit minui nec corrumpi per actus debi
te contrarios suis actibus infiniti tamen sunt ha-
bitus charitatum acquisitarum generabiles ex
actibus habentibus actus contrarios q non pos
sunt totaliter corrumpi sine multis actibus con-
trariis igitur per vnum actum contrarium vel p
paucos possunt minui prius q plene corrumpi q
autem aliqui habitus charitatis acquisite gene-
rantur ex actibus habentibus actus contrarios
patet ex hoc quia habitus quo aliquis multū pro
nus est ad diligendum deum super omnia genera-
tur ex actibus quibus contrariantur actus dili-
gendi alia vltra deum similiter alia charitas ha-
bitualis secūdum speciem esset a priori qua quis
vellet diligere deum super omnia. Item frequen
tia actuum volendi dare elemosinam vel subueni
re proximo propter deum generaret habituz quē
dam charitatis acquisite et ille natus esset minui
ex actibus hoc nolendi. ¶ Quod autem omnes ta
les habitus de quibus exemplificaui sint charita
tes acquisite ex hoc patet q immediate per mo
dum habituum inclinant in quosdā actus in quos
secundum speciem inclinant pro tempore oportu-
no charitates infuse et precise in tales in quales
nata est charitas infusa īclinare igitur sunt tales
charitates a. ¶ Secunda conclusio actus in quem 2. cōclusio.
vel in qualē nata est immediate inclinare per mo
dum habitus charitas acquisita vel talis infusa
potest minui. Probatur quia non oportet quem-
libet talem subito corrumpi vt experientia docet
igitur ⁊c. Probatur aliqua causa efficiens proxi
ma talis actus puta cognitio vel cōditio obiecti-
ua eliciens per modum finis ad actū amoris gra-
tuiti poterit remitti igitur etiam et talis actus.
¶ Tertia conclusio q habitus charitatis infuse 3. cōclusio.
secundum essentiam suam siue naturam potest mi
nui vel remitti absolute loquendo quia omne suc
cessiue producibile vel per partes est absolute lo
quēdo successiue destructibile vt per partes quia
solus deus est qui actiue augmentat charitatem
et constat q ipse ita posset eam per partes non si-
mul destruere sicut partialiter posset ipsā augmē
tare. ¶ Quarta conclusio q secundum legem dei 4. cōclusio
ordinatam habitus charitatis infuse minui non
posset quia non posset minui nisi propter demeri-
tum nostrum. Sed hoc non quia nō propter deme
ritum mortale quia illud ipsam totaliter infusā
charitatem auffert per viā demeriti qui non stant
simul secundum legem dei ordinatam charitas in
fusa iustificans et peccatum mortale nec propter
solum veniale tum quia tunc per multa venialia
videntur totaliter posse corrumpi demeritorie tū
quia veniale est minus malum q charitas sit bo-
nū quia omnis gradus charitatis habet correspō
denter debitum premii eterni proportionalis. Sz
q debitum boni eterni tolleretur esset quedam
pena grauis damnationis eterne peccatum au-
tem veniale non meretur nisi penam temporalem
igit nō abstrahit pro solo veniali aliqs grad⁹ cha
ritatis īfuse. ¶ Quinta cōclusio quā dico cū doctore 5. cōclusio

subtili di.17.pmi i lectura parisiēsi. q charitatis
feruor potest p venialia minui positiue ⁊ hēricus
gandauēsis et alij idem tenent q charitas inclinat
quantum est ex parte sui non solum ad opera ne-
cessitatis sed etiam supererogationis et ad vitan
dum multa venialia et quamuis vt accipit idem
doctor subtilis charitas sit pondus voluntatis ip
sam ad bonum omne inclinans tam necessarium
omnino q expediens voluntas tamen cum hoc q
ipsa nullo modo velit deum mortaliter offendere
potest ex libertate sua multa velle non solum lici
ta sed etiam venialiter illicita ad que non volen
da sed nolenda inclinaret charitas sicut ⁊ non ob
stante charitate habita ipsa posset velle diligere
aliud q̄ deum veruntamen si hoc faceret et per-
deret prehabitam charitatem frequentando au-
tem actus veniales contra inclinationem chari-
tatis infuse dicto modo generaliter habitus ac-
quisitus inclinans ad consimiles et per cōsequēs
per habitum talem generatum ex illis redditur
voluntas minus habilis ad feruidos et intensos
ad quales est charitas inclinatiua per actus hu-
iusmodi q̄ ante et per consequens feruor diminui
6.cōclusio tur charitatis. ¶ Sexto dico cum eodem sco. q po
sitio etiam feruor charitatis per venialia minui
priuatiue et ad vnum intellectum probat idem do
ctor sco. hanc conclusionem sic q homo potest ces-
sare ab actibus charitatis extra tempus necessita
tis qui actus si ponerentur augerent habitū cha-
ritatis acquirende quo posito inferuidiores act⁹
posset voluntas habēs charitatem infusam q̄ pos
set ceteris parib⁹ circūscripto habitu acq̄sito vel
q̄ posset acq̄rere si actus hm̄ōi frequentaret. Ad
alium etiā intellectū ꝓbari pōt cōclusio q₃ qui ex
frequentia actuū nō necessariorū ad salutem nec
quorū contrariū tollerent salutem generasset i se
charitates acquisitas vel aliā talem posset post-
ea per actus illis contrarios illos habitus dimi-
nuere qui ii diminuentur ceteris paribus reddet
ad actus impotentior ad actus intensos seu feruī
dos licet sibi remaneat tota sua charitas a deo in
fusa q̄ prius erat talibus habitibus vigoratus.
7.cōclusio ¶ Septimo dico cum quibusdam alijs doctorib⁹
q ad bonum intellectum loquendo charitas pōt
per venialia minui quo ad eius firmitatē seu sta-
bilitatem quia scilicet quedam venialia multum
habilitant et disponunt ad ruinā ⁊ lapsū imorta-
2.articul⁹. le maxime illa grauiora venialia. ¶ Primum du-
1.dubium. bium posset esse illud quod tangitur in argumen-
to principali an. s. charitas secundum essentiā suā
minui possit per peccatum mortale. Et est dicēdū
q non secundum legem dei ordinatam nec esset ra
tionabile aliud statui pro eo q nullus peccat mor
taliter nisi dei contemptor vere vel interpretati-
ue preponens aliud a deo. Sed non est ratio;;abi-
le q talis licite fruatur deo: igitur non est ratio-
nabile q illi sic peccanti remaneat aliquis grad⁹
charitatis quia semper ꝓportionaliter tanta cui
libet debetur finalis beatitudo quantam pro pre
senti habet charitatem. ¶ Ad argumentum igitur
illud principale dico q a. et b. vno modo compa-
rantur in diuersis sic q. b. actus in sorte est ita di-
splicibilis deo et vituperabilis ex natura sui et
sue libere productionis sicut. a. in platone est deo
placibilis et in se laudabilis et hoc est satis pos-
sibile quia sicut sortes et plato in naturalibus pa

res et in alijs conditionibus et sit. b. primus act⁹
demeritorius sortis quam nullus in eo possit act⁹
meritorius nec gratia et sit. a primus actus meri
torius in platone tunc est possibile q. b. sit preci-
se ita vituperabilis sicut. a. laudabilis et possibi-
le est q magis et possibile est q minus. Secundo
possunt comparari sic q tam grauis pena quo ad
intensionem infligitur pro pena q̄ bonum delecta
bile premium quo ad intensionem actus premia-
torij datur pro a. et hoc iterum est possibile secun
do modo q premium et pena comparentur penes
bonitatem et malitiam intrinsecam et etiā extri
secam obiectorum suorum et sic non possunt equa
ri quia sor. non potest puniri actu grauitatis infi-
nite obiectiue sicut plato est dignus actu premia
tiuo bonitatis infinite obiectiue. Unde premium
impendendum platoni erit valoris infiniti extrin
sece quia non posset haberi nisi simul ipso dato
detur per ipsum deus. Dices ita graue est priua-
ri bono infinito sicut commodum est habere bonū
infinitum igitur dicendum est q in dicto casu sor.
non priuatur deo quia nunq̄ habuit deum nec vn
q̄ fuit dignus deo sec⁹ autem foret si fuisset i gra-
tia igitur ⁊c. Aliter igitur possunt comparari. a.
et. b. respectu eiusdem et quia non cōparantur se in
eodem igitur vel tunc. a. precederet. b. vel econ-
uerso Si primo modo tunc. b. non posset esse cul-
pa mortalis prima post. a. quin plus noceret per
penam q̄. a. prodesset quo ad premium quia. b. tol
leret totum premium debitum pro. a. et superad-
deret penam sensus eternam. Si vero. b. mediate
sequeretur. a. tunc posset contingere q minor pe-
na daretur intensiue secundum intrinsecam graui
tatem doloris penalis pro. b. q̄ premiū pro. a. nā
obiectum beatificum iam prius amissum est ⁊ po-
test esse q pena intensiue grauior debeatur et po-
test esse q̄ eque grauis. Si vero. b. ꝓcessisset. a.
in eodem supposito immediate tunc. a. esset meli-
or q̄. b. malus quia ad positionem. a. remittere-
tur pena eterna debita pro. b. ⁊ adderetur indebi
te proportio beatitudinis eterne. ¶ Ad formam
igitur argumenti patet q in isto casu primus act⁹
eius demeritorius mortaliter sequens immedia-
te ista merita non potest precise esse ita demerito
rius sicut aliquis actus precedens fuerat merito
rius ymo nec sicut omnes: et in tali casu negatur
copulatiua que posset assumi sic arguitur. b. po-
test esse magis demeritorius q̄. a. est meritorius
et aliquis actus etiam potest esse meritorius ⁊c.
vel sic arguitur q iuxta dictū casum aliquis act⁹
potest esse magis demeritorius q̄. a. est meritori-
us et aliquis minus igitur aliquis equaliter ne
gatur copulatiua que assumitur propter falsita-
tem secunde partis. ¶ Ad primam confirmationē
dicendum q pena primarie et per se ordinata pro
culpa mortali voluntaria et indignitas visionis
et fruitionis beatifice et consequenter ad hanc ē
pena sensus qua deus quemlibet mortaliter pec-
cantem punit citra condignum et hoc grauius vl
minus grauiter secundum exigentiam sue culpe
accidit autem pluries q concomitatur alia pena
scilicet spoliatio gratuitorum et dignitatis qua
prius fuit dignus deo et hoc si prius fuit in gra-
tia et talis pena non per se et primarie taxata est
pro pctō mortali inq̄tū tale. Sed alicui corrñdet
per accidēs ⁊ p cōcomitationē pmiū aūt p se act⁹

meritoriū est visio diuina ⁊ eius fruitio beata ⁊ de talis deus remunerat vltra cōdignum plus tamē et minus secundum merita per accidens tamen per concomitationem actui meritorio correspondet remissio peccatorum et ablatio indignitatis diuine visionis sic autem iste mercedes iustissime taxate sunt secūdum regulas diuine liberalitatis et etiam iusticie ꝙ si quis meruisset cum omnibus diebus vite sue et tunc peccaret mortaliter semel et sic impenitēs moreretur talis beatitudinem sibi preparatā amitteret et nihil minꝰ haberet de pena eterna illi malo actui debita licet forte temporaliter remuneraretur eius bona opera in hac vita vel in futuro sicut et econuerso de illa q̄ peccasset mortaliter quasi toto tempore vite ⁊ finaliter vnicum actū penitētie vere obtineret nihil minus p̄miaretur in celo pro illo actu bono ꝙ̄ si non deliquisset. Sed tota pena eterna sibi data in temporalem presentis temporis vel futuri misericorditer verteret. Iste sunt leges dei iustissime quas descripsit ezech. capi. 33. vide ibi qui; iudeis intulit et dixistis non est equa via deum ⁊c. ⁊ secunduz intensionem actuum in quibus stat premium essētiale et grauitas pene per se ordinata pro talibꝰ meritis vel demeritis possunt equiparari. a. ⁊. b. vt ymaginatur argumentū. Sed loquendo de premio vel pena ordinata per viam concomitantie non pn̄t tales actꝰ succedētes sibi inuicem sine medio in eodem equiparari ymo multo grauius puniretur. b. succedens. a. centesimo actui meritorio ꝙ̄ puniretur. a. si non caderet homo iste et tamen mitius punitur ꝙ̄ demereat. Et ita dico ex parte alia ꝙ actus penitentie ibi. b. succedens melior esset ꝙ̄. b. fuisset malus quia licet quo ad valorem suum intrinsecum vel secundum se non sit dignus nisi certo gradu premiū tamen per concomitantiaz deus restituit omnia tali que habebat nam ista reuiuiscunt que quondam viua fuerunt et ita per accidens longe plus premiabitur iste actus penitētie ꝙ̄ alius sequens omnino similis sine culpe mortalis interueniēte ⁊ suo modo est de. b. actu malo. Dices tunc deus grauius puniret delictum minꝰ ꝙ̄ maius. Item tunc plus remuneraret actum minꝰ bonum intrinsece ꝙ̄ maius bonum. Respondetur negando consequentiam de premio et pena per se ordinatis iuxta modum predictum in aliquo tamen casu posset concedi loquendo de premio ⁊ pena per concomitantiam veruntamen hic posset distingui de grauitate peccati quoddam enim dicitur alio grauius vno modo quia est intensior contemptus dei vere vel interpretatiue et hoc modo non oportet ꝙ prima culpa mortalis post bonam vitam sit grauior ꝙ̄ sequentes. Alio modo dicitur grauior quia est lapsus ab altiori ⁊ nobiliori et sic prima culpa mortalis post vitam gratie grauior est ꝙ̄ aliqua sequens et ideo tanꝙ̄ sit grauior grauius punitur. ¶ Ad secundam confirmationem negatur antecedens quo ad primam partem quia vt patet ex dictis quodlibet peccatum mortale primo et principaliter reddit hominem indignum visione diuina et consequēter obligat ad certam penam inferni per se ordinatam pro talibus accidit autem tali prius fuisse dignum visione diuina vel non et si sic vel multum et nobili visione vel paruz et minus nobili et totum per concomitantiā spoliabitur si peccet mortaliter et nihil minꝰ sed forte eo amplius propter ingratitudinem torquebitur in inferno minus tamen ꝙ̄ meruit pena sensus sed quo ad spoliationem gratuitorum et boni debiti in celo ad summum punitur prima mortalis culpa sequens bonam vitam et hoc per concomitantiam eo ꝙ sit deo indignus sic peccans et non stant simul ꝙ fiat deo indignus ⁊ ꝙ tamen sibi remaneat donum dei gratuitum vel debitum gratitudinis quem meruerat bene agens. ¶ Secundū dubium principale potest esse contra dictas conclusiones quia videtur ꝙ venialia minuant gratiam secundum essentiam demeritorie quia omne peccatum adimit aliquid de bono sicut probat augustinus encħ. capitulo septimo et tertio de libero arbitrio capitulis multis et duodecimo de ciuitate capitulo septimo sed non omne peccatuz veniale adimit bonum naturale igitur bonū gr̄e igitur. probatur iusticia posset minui per venialia igitur ⁊ charitas ↄn̄a patet qꝛ voluntas nec ē iusta nec recta nisi per charitatem et ecōtra etiaz qꝛ est eque charꝰ ⁊ eque iustꝰ. an̄s probatur qꝛ iste q̄ frequenter venialiter excedit in cibo et potu acquirit sibi habitum intemperantie vel magnam dispositionem ad intemperantiaz vel remittat habitum temperantie precedentē igitur deuenit minus iustus ꝙ̄ prius minus enim temperatus minꝰ iustus est ex regula augustini et aliorum de connexione virtutum. Probatur si nullum veniale minueret tunc et si quis committeret infinita venialia non minueretur eius charitas nec corrumperetur consequens est falsum quia qui commissis infinitis venialibus decederet nunꝙ̄ haberet premium in celo igitur quando moreretur non haberet charitatem. Antecedens probatur quia talis haberet penam eternam secundum iusticiaz quia pro vnoquoqꝫ illorum deberet penam aliquā habere per aliquod tempus igitur pro infinitis infinitam et non intensiue igitur extensiue vel per tēpus infinitum. Sed respondet forte ꝙ impossibile est aliquem committere infinita peccata venialia actu distincta. ¶ Contra possibile est ꝙ vnus angelus immediate alicuius hore haberet aliquaz volitionem malam venialem et in qualibet parte ꝓportionali posteriori consimilem quia iste angelꝰ nullam difficultatem pateretur in volēdo. Sz posset in quolibet tempore quātūcūqꝫ paruo ymo in instanti habere nouum velle et illud non habere nisi per instans igitur in temporibus infinitis totaliter diuersis poterit habere volitiones diuersas infinitas ⁊ per ꝯn̄s in omnibus partibꝰ ꝓportionalibus vniꝰ hore posset habere volitiones infinitas quarū q̄libet esset peccatū veniale. Probatur nisi peccās venialit̄ remitteret suā charitatē esset eque dilectꝰ a deo sicut aliꝰ similis in charitate sic nō peccās ⁊ ita deꝰ equalit̄ diligeret peccantem ⁊ nō peccantē ↄn̄a ptꝫ qꝛ habentes equalem charitatē sunt equaliter boni scd̄ꝫ aug. encħ. cap. 88. ⁊ per ↄn̄s equalit̄ dilecti a deo ↄn̄s videt̄ incōueniens. Itē sup illud ter͂. vltimo deꝰ pacis sanctificet vos dicit glosa sic gratia s͂. que data ē vobis in baptismo seruetur integra ⁊ incorrupta ne vicio nostro et immundicia corrumpatur vel minuatur aut fugatur nam dum agit homo qui odit. s͂. recedit ab eo gratia eius penitus vel minuitur hec gratia est charitas. Probatur decimo confes. capitulo. 30. dicit aug. minus te amat

2. dubium.

qui tecum aliquid adamat igitur amor dei minuitur crescente amore alicuius alterius sed amor dei est charitas igr̄. probaᵗ vt p̄tactū est virtutes morales possunt minui igitur et charitas ꝯn̄a probatur quia aliter forte et platone habentibꝰ equales charitates et demerita prudentia vel iusticia in forte et non in platone adhuc essent equaliter chari. Falsitas probatur quia si prudentia vel iusticia fortis est minor q̄ pri⁹ sequitur q charitas fortis est minor q̄ prius quia est minus iusta et minus prudens. Sic enim arguit augu. 6. de tri. capi. 13. probando equalitatem triū psonarum et necessaria equalitate virtutum moralium in anima et hoc sic sicut virtutes que sunt in animo humano nullo modo separantur abinuicē vt quecunq̄ fuerint equales in fortitudine equales sunt in prudentia et temperantia Si enim dixeris eos equales fortitudine sed illum prestare prudētia sequitur vt huius fortitudo minus prudēs sit et per hoc q nec fortitudine equales quando est illi⁹ fortitudo prudentior atq̄ ita de ceteris virtutibus inuenies hec ibi. Probatur per peccatū veniale feruor charitatis potest minui vt supra ē dictum. si igitur charitas per venialia non potest minui tot possent venialia multiplicari q remanente toto habitu charitatis feruor eius tolleretur totaliter quod est inconueniens. Ad primum istorum dicendum q quilibet actus peccati venialis adimit de bono aliquid quod infuit vel q natum esset inesse vel inesset si talis difformitas nō impediret vnde si sit omissio venialis alicuius actus habendi vel debiti tunc adimit illud bonum scilicet actum debitum et cum hoc bonum quod ex tali actu consequeretur si haberetur tam quo ad habitum generandum q̄ quo ad portionem debiti eterni i beatitudine si sit venialis omissio tūc vel adimit de habitu aliquo bono acquisito et ita adimit bonum et adiutorium ad meritum vel generat habitum vel dispositionem contrariam habitui bono impeditiuam inclinationis charitatis vel ne potentia cum habitu charitatis infuse possit in omnem actum vel in ita intē sum sicut prius et ita satis adimit de bono. Iterum etiam aliter adimit ne male bonum quia peccata venialia obligant ad penam et per consequens ad dilationem glorie vsq̄ solutionem illius pene obnoxium aut esse pene et condignum temporali preclusione a regno est bonam conditionem nature peiorare et per consequens est bonum sic adimi prior autem via magis saluat debilitationem anime per malam dispositionem quam in anima causant venialia et ratione dispositionis bone quam tollunt vel minuunt si prefuerit. ¶ Ad secundum conceditur antecedens de iusticia morali seu acquisita et per consequens similiter de tali charitate negatur autem de iusticia theologica seu infusa et de charitate conformiter. ¶ Ad tertium dicit syrans. q angelus posset habere vnam volitionem malam in tempore q̄tumcūq̄ paruo et istam dimittere sꝫ non sequitur q possibile sit in omnibus partibus proportionalibus vnius hore ipsum habere tales volitiones diuersas sicut non sequitur in simili de diuisione partium cōtinui. Sed ista via satis ē improbata superius in diuersis questionibus. ¶ Ad presens sufficit tangere illud medium si daretur sibi in mandatis sub pena distincta diurna purgatorū q in nulla parte proportionali vsq̄ ad finem retineret actum venialem a quo cessare posset infra cuiuslibet partis proportionalis limites secūdum istam responsionem tūc enim si perseueraret vsq̄ post obligarentur ad penam infinitam secundum durationem. Item nulla virtus finita sufficit ex natura sua cognoscere distincte omni minore minus igitur in nulli⁹ virtutis date libera potestate est in omni parte proportionali temporis dandi ab actu veniali in parte aduertentia cessare. ¶ Aliter igitur respōdeo iuxta sepe dicta q nō potest aliquis īfinities peccare venialiter successiue nec simul quia est dare minimum tempus sibi certas cōditiones presentes perceptibile vel maximum non perceptibile secundum easdem conditiones et illud tempus continebit infinitas partes proportionales i quarū nulla per consequēs poterit nouiter venialiter peccare actu tali. Contra ponatur q aliquis velit totiēs venialiter peccare quot sunt partes proportionales in cōtinuo talis enim tantū peccat vel fere tantum si exequeretur in facto velle suum quia dicit glosa mathei 12. quantum male intendis tantum male facis velit igitur aliquis peccare infinitis venialibꝰ quorum quodlibet sciēter vel firmiter crederet retardare a gloria per vnam diem naturalem igiᵗ ista volitio mereretur perpetuam exclusionem a gloria et per ꝯn̄s non esset ita char⁹ sicut ante igitur veniale tolleret vel minueret charitatem sed non tolleret ex quarta cōclusione p̄mi igitur minueret. Probatur contra illud de paruo tempore arguitur potest sic in aliquo instāti ante. a. in quo pōt alius mouere se subrepticie potest angel⁹ incipere mouere se deliberate et non est maior ratio de vno q̄ de alio igiᵗ si quandoq̄ alius potest incipere mouere se subrepticie tunc potest angelus incipere mouere se deliberate. Sed in omni instanti ante. a. potest incipere alius mouere se subrepticie igitur probatur si nunq̄ post instans datum scilicet. b. possit angelus ante. a. deliberate se mouere ꝓpter paruitatem tēporis inter. a. et. b. nisi tunc vel prius inciperet deliberare et nō habeat velle differre nec aliquem actum equiualentem deliberate igitur pari ratiōe in vno ita paruo tempore ante. a. poterit incipere deliberare se mouere et cū totum tempus diei componatur ex tam paruis tēporibus vel minoribus sequitur q per totum diē ante. a. non poterit incipere deliberate se mouere quia qua ratione non posset hoc in aliquo instanti inter. b. et. a. pari ratione nec in aliquo instanti temporis terminati ad. b. et inchoati. a. c. distet. c tantum ab ipso. b. prius eo sicut. b. ab. a. et sic de similibus. probatur possibile est q iste angelus cui preceptum datum est sit tante perfectiōis q i quolibet instanti ante meridiem possit perpendere solem esse citra libram meridionalem et per ꝯn̄s in quolibet instanti ante. a. poterit iudicare q post illud et tamen ante. a. poterit implere preceptum Probatur ponatur q deus reuelet sibi de quolibet instanti q̄tum tempus intercipiatur inter ipsum et. a. et fiat argumentum. probatur non est dare aliquod tempus ita paruum post. a. quin ante finem illius possit incipere postea. igitur pari ratione non est dare tempus ita paruum ante. a. qui post principium illius poterit deliberate incipere an̄. a. ꝓbaᵗ in ol instāti i q̄ vult plene et efficacit

Ad. 1. quō intelligiᵗ illud augustini q peccatū semp̄ adimit aliq̄d bonum

mouere se si ante nō mouet se et potest mouere se
statim incipit se mouere secundum artem philo-
sophi.9.methaphi. Sed in omni instanti inter.b.z
a.potest sic velle se mouere probo qz in ol instāti
in quo pōt primo plene deliberasse statim eē inci-
piendū mouere se pōt velle incipere mouere se qz
alias voluntas nō posset se in volendo cōformare
statim dictamini rationis plene deliberate sed in
omni instanti inter.b.z.a. posset primo plene deli
berasse q sit statim incipiendum moueri quis i oī
tali posset terminari deliberatio z haberi iudici
um q sit statim incipienduz igit̄ pbat̄ sit ita q de⁹
precipiat angelo īcipere mouere vel velle moue-
re ante.a.z concedat sibi q quiritetur incipiendo
mouere se velle mouere se ante.a. siue hoc faciat
deliberate siue indeliberate. Sed constat q in om
ni instanti post.b.vsq ad.a. potest casualiter et in
deliberate mouere se incipere vel velle mouere
Ad.1. se nam ita possum ego igitur. ¶ Ad primum isto-
rum credo q talis peccaret mortaliter nec posset
tale velle procedere nisi ex peruersitate nimia vo
luntatis tamen hoc dicere non cogit argumentuz
quis talis non tantum nec fere tantum peccaret
sicut si exequeretur in facto sicut longe min⁹ pec-
caret mortaliter volens vno actu occidere infini
tos q̄ infinitis actibus exequendo. z cum probat̄
q q̄tum malum intendens tantum malum facia
dicitur q si ly tantum vel q̄tum connotant ibi eq̄
litatem negandum est. Sed si notant proportionē
ad hunc sensum q ceteris paribus vel proportio-
naliter se habentibus ille proportionaliter gra-
uius peccat qui scienter eligit agere peius vel
magis malum. Aliter etiam dicitur iuxta prius
dicta q quis in electionibus et intensionibus hu
iusmodi stat quasi totaliter pondus meriti vel de
meriti ideo si simul obligantur electiones et intē
siones prime et coniuncte cum executione vel exe
cutionibus tunc aggregatum ex omnib⁹ illis ele-
ctionibus et intentionibus et priuationibus ha-
b endorum tantum est demeritum id est tanta pe-
na dignum vel fere sicut aggregatum cuz eisdem
et executionibus exterioribus et ideo tam male
agit q̄ male agere intendit in principio et in om-
nibus executionibus simul non est autem hoc
verum de prima vniuersali et confusa intentione
cui in futuruz multe sunt addende si fiet executio
Ad.2. intentorum. ¶ Ad secundum conceditur absolute
loquendo q quandocunq aliquis alius pōt inci
pere mouere se zc. secus ē si volēs differat adhuc
in principio illi⁹ parui temporis incipere sed sci-
enter volens differre quia tunc elabetur illud
paruum tempus anteq̄ illi deliberate nolitioni
tunc habite succedat velle incipere et tali condi-
tionali casu posito non stat ceteris paribus q in
aliquo instanti post.b.ante.a.deliberate velit vl̄
incipiat se mouere secus esset si vellet in.b.vel in
ciperet deliberate tunc vel prius et non haberet
aduertenter pro tunc nolle adhuc incipere. ¶ Ad
Ad.3. tertium concedo q si in principio illius parui tem
poris vel cuiuscunq sibi equalis nolit incipere
scienter et deliberate non est in potestate sua si
alia sint paria quin labetur illud tempus ante-
q̄ volet incipere. Sed vlterior consequentia non
valet quia cum isto stat q in tempore composito
ex duobus talibus vel ex vno cum dimidio sine
quauis alterius parte poterit incipere vel velle
incipere. ¶ Ad quartum negandum est assum- Ad.4.
ptum ¶ Ad quintum dicendum q nullus ange- ad.5.
lus est capax q sic sibi reueletur distincte de quo-
libet infinitorum simul nec etiaz successiue. ¶ Ad ad.6.
sextum dicendum est sicut ad tertium. ¶ Ad septi- Ad.7.
mum conceditur maior si nihil aliud obstet sed ne
gatur minor si adhuc in.b. nolit deliberate inci-
pere. ¶ Ad probationem dicitur q nisi in.b. vel
ante.b.incepit deliberare non poterit naturali-
ter stantibus conditionibus omnibus cum qui-
bus tempus datum poneretur minimum. zc. in
aliquo instanti ante.a.plene deliberasse si autem
ante.b.inceperit concedo totam conclusionem in
tentam sed tunc receditur a conditione responsio Ad.8.
nis. ¶ Ad octauum dicendum est q in illo casu te
neretur velle circa hoc deliberate et scienter a-
ptare se ad obuiandum periculo omissionis et ne
gligentie quia non est in potestate sua q a casu et
indeliberate agat quod fieri precipitur. Ideo cō
cedo q post.b.erit in peccato nisi in.b. vel prius
inceperit si tamen ante.b. egit istud a casu libera
tus est ab vlterius agendo si tamen hoc aduerte-
rit et acceptet in.b.vel ante.b.d. adhuc posset in
casu facere istud post.b.ante.a. et si hoc conti-
gerit liberaretur igitur non erit in peccato post.
b.vsq ad.a. Dicēdum q per hoc non liberaretur
a peccato negligentie qua quantum per eum ste-
tisset non fuisset executus sibi impositum et si quit
tabitur a facto imposito et ab omni peccato hoc
erit de gratia dei mirabili inconsueta qua condi-
tionaret peccatum negligentie siue penitentia vl̄
alia satisfactione deliberata vel qua preseruaret
eum noe imputando sibi illam negligentiam ad
peccatum vel aliter forte diceretur argumento
principali q casus includit opposita nam si preci-
pit sibi vult eum teneri ad volendum deliberate
parere et per consequens vult eum teneri ad ca-
uendum negligentiam circa impletionem sibi pre
cepti saltem in illo instanti vel citra illud instans
post quod si tunc vel prius non deliberet non est
in potestate sua q incipiat deliberate velle exe-
qui quod sibi precipitur. ¶ Ad quartum principa
le secundi dubū principalis respōdetur bene per Ad.4.
gand. quinto quolibeti questiōe vigesima tertia
q amor dei non dicitur maior vel minor nisi ratio
ne sui effectus qui est duplex scilicet eternus et ē
premium in patria et temporalis eodēmodo eius
dem odiū est duplex effectus temporalis et eter-
nus tam quo ad penam sensus q̄ penam damni
et ratione primi effectus scilicet ratione premiū
eterni effectus equaliter intensiue diligit peccan
tem venialiter et non sic peccantem ceteris pari-
bus ratione secundi nam quia vni preparat pe-
nam temporalem quam non alteri et idem in re
tenet sco. ¶ Ad quintum glosa ista est intelligen-
da de diuisione alicuius charitatis acquisite vel
modo alio preconcesso. ¶ Ad sextuz per idē. ¶ Ad ad.5.
septimum respondet fr. āā q argumentum non p Ad.6.
bat charitatē diminui secūdum substantiam: nec ad.7.
sic oportet vnam virtutem moralem minui alia in
uita quia non necessario simul sic augent̄ eo q nō
augētur essentialiter nisi ex operib⁹ scdo ethicoꝝ
bene tamē augetur vel minuitur simul accidēta
liter. s. quo ad cōiunctionē cū alia et ista bonitas
est accidentalis tantū. s. ratione alicuius circun
stantie ex qua potest aliqua bonitas addi in suo

actu. vnde non est aliqua virtus moralis qui pōt habere actum meliorē quo ad aliquā circunstantiā ex cōiunctione cū quacunq; alia virtute sicut patet in exemplo augu. posito q̄ fortitudo est melior cū temperātia q̄ sine illa. et silr cū prudentia q2 eius actus ex coniūctione cum illa pōt meliorari et esset laudabilior quo ad aliquā circunstātiā vnde quo ad istā bonitatē accidentalē omnes virtutes sunt equales simul cū bonitate essētiali ita. s. quātum crescit vna parte tantū crescit alia ex alia q2 quātū vna est maior alia essentialiter si vtraq; sit tantū alia est magis bona accidētaliter ex coniūctione cū ipsa sic est questio vero q2 charitas potest minui. i. pōt esse minus bona accidētaliter q̄ prius sed hoc non videtur sufficere ad equalitatē essentialē ꝓbādam in personis in diuinis per equalitatē virtutū ꝑut augustinus itēdit Respondetur q̄ sufficit cum vno vero addito satis noto. s. q̄ deus est oīno immutabilis non receptiuus alicuius accidentis q̄ augustinus ante probauerat in quinto li. ex hoc non sequitur q̄ in deo non sit talis bonitas accidentalis et ideo sequitur q̄ persone sunt essentialiter equales Sed contra istā responsionē videtur esse in li. 3. di. 16. cap. 2. vbi eandē. q. querit et ponit duas opiones quarū pma est q̄ alie magis alie minus habeant ab aliquo sicut in Jo. patientia in dauide humilitas et. c. post subdit secundā opinionē. v. Aliūverius dicunt omnes virtutes et simul ꝛ pares esse in quocunq; sunt. Et cum obiicitur q̄ augustinus dicit in epistola secūda ad hiero. in aliquo aliā esse magis virtutē aliā minus et vnam esse ꝛ nō alterā Respondet q̄ hoc ea ratione dictū est q2 per charitatem magis afficitur in actu vnius virtutis q̄ alteri9 ꝛ ꝓpter differētiā actuū ipas virtutes magis vel minus habere dici pōt ꝛ aliquē nō habere cū tamen simul oēs et pariter habeat quātum ad mentis habitū vel essentia cuiuscunq; Respondet q̄ ma. nō loquitur nisi de virtutibus supnaturalibus et de istis verū est q̄ semꝑ sunt i vno alo equales in essentia. Sed ista responsio nō est vera quia predicte virtutes nō sunt virtutes naturales morales sicut tēperantia fortitudo cōtinētia de quibus ibidē in textu igitur pro isto inquit syrensis. Notandū est q̄ ma. loquitur de virtutibus moralibus q̄buscunq; infusis et acquisitis in quantum tamē perficiuntur ꝛ formātur per charitatē vnde ma. Ibi supra allegat illud augu. in epistola predicta et vt generaliter breuiterq; cōplectar quā habeo de virtute notionē. virtus ē charitas qua illud quod diligendum est diligitur hec ibi Ita q̄ oīs virtus est charitas vel dicitur virtus formalr per charitatē et sic oēs virtutes sunt equales secūdum habitū et essentiā. s. scđm formam ita. s. q̄ omnes equaliter informantur charitate in eodē nec hoc repugnat huic q̄ non sunt equales in sua essentia ratione suarū essentiarū. Sed contra dictam respōsionē licet pulchrā posset obiici dupliciter primo ex eo q̄ nō vadit ad auctoritatē mentis aug. q2 ista solutio cōparat virtutes diuersas adinuicē scđm equalitatē in eodem supposito aut virtutes diuersas vel vnius suppositi ad virtutes alterius suppositi secūdum equalitatē tales q2 nullus equatur alteri in fortitudine nisi etiā equetur sibi in prudentia ita de aliis et constat q̄ scđm non infert primū q2 secundum staret dato q̄ cuiuslibet fortitudo in cētuplo excederet ei9 prudētiam vel tēperātiā ex quo eñ quelibet virtus iuuat ad actū debitū alterius in meliorē actū fortitudinis posset ille qui haberet fortitudinem in 10. gradibus et prudentiā in sex gradib9 q̄ alius qui haberet fortitudinē sicut prior in 10. gradib9 et nullā haberet prudentiā vel haberet prudētiā precise in quinq; gradibus. Sed per istam viā in nullo ꝓbabit equalitas virtutū eiusdē suppositi. Item hec responsio ponit virtutū equalitatē solū per concōmunicationē: qua tn̄ vna virtus est circūstantia alterius et bonitas vtriusq; collecta ex essentiali vnius que est sua ꝓpria bonitas ꝛ accidētali que est virtus alia ipam cōcōmunicās ē eadē et nec maior bonitas integrata sit vni9 q̄ integrata alterius. Sed contra per istū modū non magis equarentur virtutes inter se in eadē q̄ sciētie speculatiue et qualitates corporales vel q̄ ipa mēbra corporis cōsequētia est nota falsitas cōsequētis patet tam per sanctos q̄ per phōs vnde greg. primo moraliū valde singula quelibet virtus destituitur si nō vna virtus aliis suffragetur iube est consiliū cui robur fortitudinis deest q2 quod tractando inuenit carens viribus vsq; ad perfectionē operis nō perducit et valde fortitudo destituitur nisi per consiliū fulciatur q2 quo plus se posse cōspicit eo virtus sine ratiōis moderamie deterius in preceps ruit et ita vadit per virtutes alias inductiue. Ex quo patet q̄ nulla habet principaliū quattuor in gradu saltem virtutis ꝛ pari ratione nulla haberi poterit ad ꝑfectū nisi qualibet alia habita ad perfectū igitur. oportet q̄ congregent et equaliter perficiant suo modo. Itē. 22. mor. d. q̄ oēs ꝟtutes i ꝯspectu dei mutua ope se subleuāt q2 vna virtus sine alia vel nulla est oīno vel distincta vel minima nisi vicissim sua cōiunctione fulciātur et cōsequēter exēplificat. Ad idē est phūs. 6 ethicorū cap. vltimo vbi cū dixisset i fine capituli precedētis q̄m non est possibile bonū esse principantē sine prudentia nec prudentem sine morali virtute. Addit i principio cap. vtrū q̄ per hoc solvetur disputatio An virtutes separētur abinuicē et arguit q̄ sic non eñ idē natus optime ad oēs ꝛ respōdet hoc eñ secūdum naturales virtutes contingit scđm quas dicitur bonus naturaliter scđm morales virtutes nō conuenit simul eñ prudētie vni existenti omnes inerunt hec ibi Et pari ratiōe sequitur q̄ prudentie existenti vni scđm gradum perfectū omēs inerunt scđm gradū perfectū. Aliter igitur videtur mihi dicēdum in parte pmo ad formā negando primā cōsequētiā Ad ꝓbationem dicit q̄ nō plus ꝓbat nisi q̄ charitas minui possit ad istū intellectū q̄ non ita plene nec ita intense Nota radi
poterit in bonā operationē in casu aliquo sicut ces ꝟtutū
non minueretur virtus moralis fortitudinis vel et cōnexio
alia scđo tamen dico q̄ omnes virtutes principa- nē earūdē.
les requisite ad bonū regimē morale hoīs connectuntur simul formaliter vel in q̄busdā principiis virtualibus et ideo ad istam qui perficantur in vna virtutū principaliū virtualiter perficantur in aliis quibuscūq; principaliū sicut exponit aug. Sed de charitatib9 et habitibus infusis nō oportet q̄ habentes parē charitatem equentur i aliis requisitis virtutibus nisi loquēdo de equalitate charitatis extrinseca et intrinseca simul iuncta modo quo loquit doctor predictus. Et cū arguit

augustinus quinto de ciui.
dei. ca. 10. tractans an om-
nia fiant fato. ¶ Et respon-
det ꝙ non ymo nulla fato dicimus fieri nisi forte ſ
quis vt fatum a fando intelligamus. s. a loquen-
do et isto modo fatum abiicere non possumus qꝫ
scriptuꝫ est semel locutus est deus ꝛc. ¶ Et subdit
ad propositum ꝙ dictum est semel locutus est de⁹
et intelligitur immobiliter hoc est incōmutabili-
ter locutus est sicut nouit incōmutabiliter omnia
que futura ꝛ que ipse est facturus hec ille. Ex hoc
dicto sequitur istam consequētiam esse bonam de
us est locutus tale fore vt puta ꝙ reddet vnicuiqꝫ
secunduꝫ opera sua quia ibi dicitur igitur sic eue-
niet et antecedens est necessarium quia incom-
mutabiliter dictum igitur et consequens igitur
tollitur contingentia reuelati. Contra hoc tunc
esset impossibilis deus reuelat aliquod futurum
contingens. ¶ Ad questionem. ¶ Respondeo ꝙ nō
prout sufficienter probant media. q proxime pre- 1. articul⁹.
cedentia reducta contra viam oppositam. ¶ Item 1. cōclusio.
hanc conclusionem probat syrens. quia oppositūꝫ
nō videtur bene sapere quia excusat iudam a pec-
cato et pilatum et milites crucifigentes et petrū
negantem et omnes alios quoruꝫ peccata fuerūt
reuelata a christo vt patet in diuersis locis euan-
geliū quia nullus peccat in eo quod cauere nō po
test secundum augustinum tertio de li. arbi. capi.
28. Falsitas patet de iuda per illud euangeliū de
iuda ve homini illi ꝛc. pro tunc null⁹ electus pos-
set peccare finaliter et damnari quod falsuꝫ. con
sequentia patet quia christo reuelatuꝫ est qui sūt
sui electi et saluandi quia frequēter pro illis ora
uit et commēdauit eos patri et Jo. 10. ego cogno
sco oues meas et Jo. 10. pater sancte serua eos.
Contra conclusionem si esset vera sequitur ꝙ de⁹
posset negare seipsuꝫ ponitur enim ꝙ xp̄us alicui 2. articul⁹.
reuelet ꝙ. a erit quo facto si adhuc hec ē cōtigēs 1. dubium.
A. erit igitur ꝛ hec. A. non erit. falsitas ꝓbaꝭ qꝫ si
a. nō erit cū sit necessariū xp̄m dixisse ꝙ. a. erit igi-
tur illud qđ xp̄s dicit esse futurū nō eueniet ꝛ ita
xp̄s negaret seip̄m. Cōsequētia ista vltima et cōse
quentis impossibilitas patet per glosam sup illo

infra ibi. secūdo negare seipm non potest vbi dicit
glosa xp̄s qui veritas est non pōt seipm negare qđ
tamen faceret si dicta sua non impleret hec glosa
igitur necessario sequitur xp̄s predixit a. fore igi
tur. a. erit ⁊ añs est necessariū semp postquā predi
xit. a. fore igitur et consequēs. ¶ Rndetur conce-
dendo hanc esse cōtingētem etiā post predictiōes
huius a. xp̄o. a. erit. et etiam hāc. a. non erit. ¶ Et
similiter hāc ꝙ xp̄s predixit esse futurū nō eueniet
sic ꝙ non est simpliciter Impossibile loquendo de
xp̄o quo ad humanitatē que sibi ipi relicta posset
negare seipsam. i. falsum dicere et secūdū multos
etiā vt sic posset peccare ⁊ deū odire manēs vnica
verbo ⁊ hoc loquendo absolute tamē ista sunt im
possibilia scdm potentiā dei ordinatā ⁊ ideo addit
glosa vbi supra ꝙ hoc ꝙ seipm negare nō pōt laus
eni est diuine ptātis loquendo autē de xp̄o absolu
te secūdum diuinitatē sūc simplr est Impossibile
ꝙ ipse aliquid predixerit quod nō eueniat licet nō
oporteat euenire semp ad sensum quē nos intelli
gimus in voce expressa vt patet de subuersione ni-
niue de morte ezechi. et qñ aliquid tale predice-
retur diuina auctoritas nō ita inclinaret nos idu
bitanē credere sicut iā inclinat nos ad credendum
diē iudicij ⁊ c. que xp̄s nobis predixit predicta tñ
euenient ad sensum quē deus pretendebat vt pote
de niniuitis ꝙ subuerterētur nisi īfra quadragita
dies peniterēt et de ezechia ꝙ naturalit esset mo-
riturus ⁊ c. ¶ Secūdo videtur sequi ꝙ deus possit
a. dubium. esse deceptor cōsequētia pbatur qr postq̄ reuela-
tio facta est alicui a deo et ille assensit ⁊ credit ita
fore cū extunc nō possit nō credidisse si nō ita eue-
niet deceptus fuisset a deo q̄ talia esse futura sibi
reuelauit iuxta illud richardi primo de tri. ca. 2.
Si decipimur dñe a te decepti sum⁹ sed hoc ē im-
possibile scdm aug. d. 3. q. 10. et anselmus de medi
tatione redēptionis humane. ¶ Hinc dicet ꝙ iste
termin⁹ reuelatio cōnotat ita fore sicut prenūciat
et ita contingenter est ista premiatio reuelatio.
¶ Sed hec respōsio licet sit vera nō tamē euacuat
difficultatē argumēti qr per eam nō vitatur quin
de⁹ fecerit illū cui fiebat ista prenūciatio credere
ꝙ ita eueniret et per ɔñs qui deceptus fuerit nisi
sic eueniat igitur dicēdū est ꝙ ista reuelatione fa-
cta reuelatio est contingēter reuelatio ⁊ ita licet
postq̄ aliqs credidit necessariū sit ipm credidisse
vel assensisse talibus prenūciatis a deo nec extunc
possunt nō fuisse prenūciata adhuc tamen hec est
contingēs talis credidit sibi reuelata fore ppter
ly reuelata et c. ¶ Et hoc dico añ positionē inesse
qr post positionē inesse nō possunt non fuisse reue
lamēta ⁊ cū dicitur si talia nō erunt igit deus deci
pit aliquē. ¶ Respondet syrēsis ꝙ deus nō posset
decipere aliquē deordinate ipm fallendo vel cau
sando totaliter tn eo sine cōprincipiatiōe libera p
pte voluntatis illius cui inest error est ppter quē
precise sine alio delicto vl demerito talis ppetuo
dānetur ppter quē modū demones et heretici co
nantur fallere ⁊ trahere ad errores dignos dam-
natione bene tamē posset deus de potētia sua ab-
soluta dānare aliquē si vellet sed hoc nō fieret tūc
precise ppter aliquod impressum a deo illi. Sz po
tius qr deus vellet ab eterno dānare ita ꝙ diuina
volitio cuius causam nō esset reddere foret causa
dānatiōis talis persone ⁊ nō aliquid illi impressū
sicut nec aliquis saluabitur precise ppter aliquid
sibi a deo impressuz sed ex diuino bñplacito secus
autē vbi homo cooperatur tali impressio a deo ex
hoc eni posset bene surgere meritū vel demeritum
personale et sic intelligēde sunt auctoritates san-
ctorū predicte. dicit eni aug. 83. q. 53. deus p seipm
neminē decipit est eni pater veritatis ⁊ veritas et
spūs veritatis dignis tamē penā distribuens qm
hoc pertinet ad iusticiam et veritatem si quisq̄ di
gn⁹ est decipi non solū per seipm non eum decipit.
Sed neq̄ per hoiem q̄ contingēter diligit ⁊ custo-
dire persistit sic in ore vestro. est est. nō nō: neq̄ p an
gelū cui nō cōuenit praua facere sed p talē hoiem
qui nōdum se hmōi cupiditatibus exuit aut p ta-
lem angelū ⁊ c. legimus eni deceptū regem achab
falso supple vaticio prophetarū et ita legimus vt
neq̄ sine diuino iudicio factū inueniamus qm di-
gnus erat iste sic decipi nec per illū angelū factuz
sit quē deceptionis officiū suscipere nō deceret sz
per angelum erroris. ¶ Ex his patet ꝙ licet deus
directe neminē deceperit indirecte tamē fefellit
et decepit qr aliqua dixit vel fecit q̄ aliqui aliter
intelligētes quē dicebantur fallebātur. ¶ Dices
deus de directo consensit deceptioni achab et pre
cepit eā vt patet in hystoria tertij regū vbi inter ce
tera dicit dñs decipies ⁊ preualebis egredere et
fac ita igitur vel deus malefecit precipiēdo dece
ptionē vel licite pōt aliquis aliquē decipere men
tiendo quorū vtrunq̄ videtur absurdū. Respōdet
ꝙ deus nō precepit istam mēdosaz deceptionē sed
tantū permisit eam fieri a spū malo qui hec opta-
uit sibi permitti. ¶ Unde aug. dicit in simili factū
est vt iuberet de⁹ vel potius permitteret ꝙ hoc fa
ctum fuit. ¶ Aliter pōt dici scdm syrēsis cōcedēdo
ꝙ deus precepit sic fieri sicut dicit Aug. vbi supra
de iudeis q postulabāt vasa ab egiptijs nō est indi
mirū si hoste deceptione dignū iussi sunt decipere
vnde accipiēdo decipere p fallere aliquē contra
instinctū legis diuine vel legis nature vel cōtra cō
sciētiā nec deo cōuenire potest nec hoi nec angelo
licitū est sumēdo autē decipere pro falsa vocis si
gnificatione vel alterius signi equiualētis cū in-
tētione fallēdi. i. faciēdi ꝙ aliquis haberet assē-
sum falsū vel ꝙ aliquis erraret in sic iudicādo cir
ca aliquid expressū sibi vel notificatū ꝙ vtiq̄ fieri
pōt sine peccato nō video quin; deus possit hoc fa-
cere ⁊ possit precipere alicui ꝙ faciat qui etiā hoc
licite facere posset nec i hoc ɔtra cōsciam faceret 3. dubium.
¶ Tertia difficultas ex dicta cōclusiōe videt sequi
ꝙ hec sit nunc possibilis xp̄s est mentitus ꝙ patet
falsū cōsequētia pbatur quia dato ꝙ xp̄s assertiue
prenūciaret. A fore tunc adhuc est hec contingēs
A. nō erit tunc sic. a. nō erit et xp̄s asseruit a fore ⁊
non fuit deceptus igitur dixit mendaciū Rñdetur
ꝙ iste nō stant simul. a. nō erit saltem añ positionē
rei inesse ⁊ xp̄s asseruit a fore et Ideo adhuc ē cō-
tingens xp̄s asseruit. a. fore sicut et ista xp̄s presci
uit. a. fore Contra assertio nō requirit sciam ꝙ sit
sicut asseritur sed sufficit sola expressio ꝙ sic vel sic
est cū volūtate absolute significādi sicut prenūciat
vel cū volūtate ꝙ ali⁹ sic esse vel fore credat sicut
exprimitur. Sed nunc ita est ꝙ lapso tēpore i quo
xp̄s predixit discipulis diē iudicij fore fuit hec p-
positio necessaria xp̄us voluit ꝙ sui discipuli sibi
crederēt in illo dicto recte sicut verba pretende-
bant et per cōsequēs hec est nunc necessaria xp̄us
voluit vt ei⁹ discipuli sibi crederent in illo dicto


et ita de aliis q̄ predixit eis de premiis eternis et
de penis et c̄. q2 si ad hec foret tale contingēs tūc
xp̄us non voluit vt sui discipuli talia absolute cre
derēt qd est falsū. Rn̄detur cōcedēdo ꝙ assertio
nō requirit sciaꝫ sed volūtatē sic exprimēdi ⁊ dādi
sic intelligere auditoribus ac sentire sicut expri-
mitur. Sed si hec expressio ꝓcedit in xp̄o scḋm no-
ticiam ⁊ voluntatē diuinā solū tunc concedo ꝙ hec
est adhuc contingens xp̄s asseruit .a. fore q2 dato
ꝙ .a. non erit ⁊ ꝙ deus predixerit a fore nō intēde-
bat absolute asserere ꝙ a foret sꝫ hoc dicebat sub
aliqua conditione intellecta que nō erit secundū
potētiā ordinatā licet aliter esse potuerit secūdū
potētiā dei absolutā satis tamē est possibile ꝙ ab
solute voluerit discipulos ita credere sicut pretē-
debāt verba ⁊ ꝙ subintellecta cōditio eos lateret
Sed talis volitio ⁊ predictio nō sufficit ad assertio
nem si autē xp̄s scḋm consciam seu noticiam ac vo
luntatē suā creatā expressit a fore volēs absolute
dare intelligere ac significare sicut verba pretēde
bant ⁊ ꝙ discipuli sui sic tali dicto fidē adhiberēt
tunc vel iiatē habet dictū syrensis vt estimo conce
dētis ꝙ postq̄ xp̄s predixit futura contingētia di
scipulis suis fuit hec cōtingēs xp̄s asseruit falsuꝫ
et nō sequitur igitur hec fuit extūc possibilis xp̄s
mētitus est vel dixit mendaciuꝫ q2 non sufficit ad
mēdaciū assensio falsi sed requiritur ꝙ sit contra
mentē vel consciam ex intentione fallēdi ¶ Dices
xp̄s potuit habuisse preceptū iuxta supradicta vt
aliquos ad eorū cōmodū vel ꝓpter demeritū cum
falsa predictione scienter falsa credere fecisset et
per cōsequēs fuisset mētitus Rn̄detur ꝙ añs non
fuisset impossibile scḋm potētiā ⁊ preceptū dei et
non sequitur ꝙ igitur fuisset mētitus q2 diffinitio
aug. ꝙ mēdaciū est falsa vocis significatio cū intē
tione fallendi intelligitur scḋm syrēsem. ⁊ bene de
falsa vocis significatione cū intētione deordinata
fallēdi qualis voluntas vel intētio in deo esse nō
posset quāuis vt dicit posset asserere falsum scitū
esse falsum hec tamē nūc est impossibilis xp̄s secū
dū volūtatē voluit eos decipere predicādo futura
et c̄. quia oppositū transiit in preteritū cum quo
stat ꝙ hec sit nunc contingēs xp̄s fefellit discipu-
los suos sicut ⁊ hec xp̄s asseruit eis falsū nō tamē
sequitur ꝙ intētionē habuerit fallēdi vel falsum
asserēdi ymo hoc nunc est impossibile vt dictū est.
¶ Nota tamē ꝙ tenētes impossibile esse alaꝫ xp̄i
vnitā verbo peccare etiā dicunt ꝙ nō stat eā vnitā
verbo ⁊ errare vel assentire firmiter falso vel re-
uelare falsum vel asserere falsū et tunc cōseq̄nter
est dicēdum ꝙ oēs prenūtiationis futurorū nōdū
in esse positorū facte a xp̄o cōtingēter sūt assertio
nes vel reuelationes nō solū quo ad diuinitatem
sed etiā quo ad alam xp̄i et c̄. Item q2 deceptio cō-
muniter sonat in malū nō debet cōcedi simpliciter
ꝙ deus possit aliquē decipere nisi cū bono mode-
ramine preexpresso in prioribus solutionibus.

4 difficultas de prophetis. ⁊ c̄.

¶ Quarta difficultas ē q2 ex dictis videtur sequi
ꝙ oīs ꝓnūciatio ꝓphetica respectu illorū q̄ adhuc
futura sunt posset esse falsa et cū ita deus certifi-
cauerit ꝓphetas sicut erat possibile aliquē edifi-
cari de futuritione alicuius sequitur ꝙ impossi-
bile est deum aliquē de aliquo cōtingēter futuro
certificare ꝙ erit tale cōsequētia patet q2 per te
non obstante quacunq̄ assecuratione facta adhuc
posset oppositū euenire ponatur igitur in esse op-
positum alicuius pronūciati ⁊ habetur intentum
ꝙ propheta nunq̄ de hoc fuerit certificatus ¶ Hic 1. cōclusio.
dico primo ꝙ sensuū multiplicitas oraculi ꝓphe-
tici illud dubium non euadit illud dico q2 videtur
quibusdā licet iprobabiliter ꝙ nulla a deo sit re-
uelatio de contingenti futuro quin preter sēsum
litteralē q̄ series verborū pretendit sint ibi sēsus
aliqui siue modi itelligēdi ad quorū aliquē refe-
renda est locutio si sensus litteralis non est verus
aliqñ enī locutio intelligit litteralr parabolice
aliqñ allegorice aliqñ simpliciter et absolute ali-
quando sub cōditione sicut in Jo. viii xp̄s dixit iu-
deis In peccato vr̄o moriemini ꝙ intelligi nō debet
absolute sed sub conditione quem expressit. d. Si
enī non credideritis: q2 ego sum in pctō vestro mo
riemini sic etiam predictio negationis petri intelli
gēda fuit cū aliqua certa adiectione iteruꝫ illud
vos ascēdite ad diē festū hunc ego ⁊ c̄. ꝙ nō debet
simpliciter intelligi sed cū determinatione. i. non
ascēdam in palā vel nō ita cito sicut vos vel non ex
eadem causa qua vos. Itē cum dicit cēturioni ve-
niam ⁊ curabo eū non intelligitur simpliciter ꝙ vē
turus esset corporalr. s. cum determinatione. s. ve
niam si voluerıs vel veniā non gressu corporis sed
mirabili effectu. Sed hec Rn̄sio non sufficit q2
negat deum posse reuelare futura contingētia de
terminate in sensu litterali absolute cuius cōtra-
rium tenēdum est factū esse in ꝓphetia ⁊ a deo om-
nipotēte fieri posse. ¶ Preterea ista via nō faceret
plus si daretur nisi ꝙ ꝓpheta certificaretur ꝙ pre-
nunciatio sibi facta haberet sēsum aliquē verum
sed nesciret ⁊ sic periret valor seu vtilitas cuiusli-
bet oraculi ꝓphetalis ꝓbatur deus determinate
nouit ad quē intellectū prenūciat aliquē fore igi
tur determinate istū sensum pōt alicui reuelare ⁊
tunc stabit difficultas. ¶ Secunda cōclusio ꝙ non
sufficit interimere suppositū. s. dicēdo ꝙ nulla re-
uelatio absoluta de futuro contingēti pōt fieri sꝫ
solū sub conditiōe aliqua vt pote ꝙ .a. eueniet nisi
aliquid obstat vel simili modo ꝓbo q2 scḋm hanc
euasionē deus non plus posset aliquē certificare
de aliquo contingēti futuro q̄ ego. q2 isto modo
constat me posse reuelare futurū cōtingēs Dices
forte ꝙ deus pōt sub aliqua certa singulari cōdi-
tione reuelare futurū sub quali non ego ¶ Cōtra
Aut deus potest absolute certificare de ista condi
tione vel non si sic habetur ꝓpositū q2 Idē est iudi-
ciū de cuiuslibet futuri cōtingētis reuelatione si
non tunc de ea nō potest fieri certificatio absolute
sed solum sub alia conditione. Et de illa scḋa Ar-
guitur sicut de prima ⁊ sic in infinitū diffusius im-
probabitur hec euasio in vna alia questiōe. ¶ Ter
tia cōclusio ꝙ euasio quorundā de duplici diuina
locutione vel duplici diuina assertione vel duplici
reuelatiōe vel duplici predictione futuri a deo nō
euacuat istam difficultatē. Circa quod notādum
ꝙ chaton illud dubiū ita soluit ꝙ creatura potest
certificari per locutionē duplicē de futuris verbi
grā ꝙ .a. erit vno modo per locutionē ꝓcedentē ex
hoc ꝙ deus scit a. fore ¶ Alio modo ex hoc ꝙ scit
causam rei de qua est sermo esse talis conditiōis
ꝙ ex ea ꝓcedet. a. de cōi lege talis cause. Sed isti
duo modi certificādi ꝙ .a. erit sufficiunt creature
et stant cum hoc ꝙ .a. erit futurū cōtingēs ¶ Unde
sic Arguitur cōtra eum deus fecit te credere ꝙ .a
erit igitur. a. erit cōsequētia est necessaria ⁊ añs

Nota opinionem cathōis de reuelatiōib' futurorum

est mō ita necessariū sicut ista ꝓpositio de p̄terito
deus creauit mūdū igitur cōsequēs est ita necessa
rium ¶ Respondet dicēdo añs q2 aut intelligitur
de creditione procedente ex hoc ꝙ deus sciuit. a.
fore et sic añs est contingēs quia valet istam deus
fecit te credere a. fore factione precedēte ex hoc
ꝙ scit. a. fore ⁊ tunc cōsequētia est necessaria aut
de causatione ꝓcedēte ex hoc ꝙ deus sciuit causā
fore talis conditionis ꝙ ex ea de cōi lege sequitur
a. fore et sic añs est necessariū ⁊ cōsequētia nō valet
Sic etiā arguitur de negatiōe petri ꝑ tp̄e medio
inter predictionē xp̄i et negationē petri sic xp̄us
asseruit petrū se negaturū igitur petrus fuit xp̄ū
negaturus añs tunc fuit necessariū de preterito
eque sicut ista xp̄s ieiunauit vel orauit ⁊ cōsequē-
tia fuit necessaria q2 aliās fuisset in p̄nte petri ꝙ
xp̄s dixisset assertiue falsum Respondet eodē mō
distingēdo añs quia aut ista assertio xp̄i processit
ex hoc ꝙ deus sciuit petrū se negaturū aut ex hoc
ꝙ sciuit aīam petri esse talis conditionis ꝙ ex ea
in tali casu sequitur negatio de cōmūi lege primo
modo añs est cōtingēs quia valet istā xp̄s asserit
petrū se negaturū assertione procedēte ex hoc ꝙ
deus sciuit eū esse negaturū hoc est cōtingēs sicut
cōsequēs secūdo modo añs est necessariū et conse
quētia nō valet q2 non sequit̄ xp̄s asseruit ꝙ talis
esset cōditio petri et c̄. nec etiā ex illo aūt cum op-
posito consequētis sequitur ꝙ xp̄s asseruit falsū
vt notū est et similiter soluit oīa alia argumenta.
Sed responsio nō soluit difficultatē q2 sicut argu
mētum est ꝓ cōclusione precedēte ꝓrio argumēto
de ꝓcessione in infinitū ita pōt argui cōtra istud di
ctum quero eīn vtrum de⁹ potens reuelare modo
tali duplici ꝙ a. erit possit illū cui faceret reuela
tionē certificare quo istorū modorū sibi facit re-
uelationē vel nō. Si nō tunc perit oīs certitudo ꝓ
phetica q2 scd̄m hoc ꝓpheta nesciet verū de⁹ velit
sibi dicere ꝙ absolute .a. erit vel an esse ipsius. a.
secūdū cōmunē cursum taliū causarum disposite
sunt vel disponātur ad naturalr̄ inferēdum ip̄m a.
et constat ꝙ nisi magister fuerit doctus circa hoc
ꝓpheta nesciret plus vtrum. a. erit ꝙ̄ ego. Si dici
tur ꝙ sic cū deus nō possit certificare eū de aliquo
istorū modorū nisi per reuelationē vnde igit̄ sciet
An ista reuelatio scd̄a est scd̄m sciam dei ꝙ. a. erit
vel ꝙ cause sic disponētur et c̄. et ita arguā tertiā
reuelationē esse necessariā ⁊ quartā ⁊ sic sine fine
vel in primo dabitur ꝙ deus poterit absolute re-
uelare scd̄m sciam ꝙ ipe nouit a. fore ⁊ ꝙ a. erit ꝓ
batur nec per aliam viam poterit ꝓpheta scire ꝙ
a. erit q2 aliud membrū nō infert. a. fore igitur de
terminate dabitur primū vel nulla habebitur cer
titudo ꝓbatur licet deus aliqñ fecerit reuelatio
nē intelligēdā scd̄m dispositionē naturalē causa-
rum in ordine ad effectū sicut est istud vade et dic
ezech. ⁊c. cū istud in paucis dictis ꝓpheticis habet
locū nulle eīn cōsequētie naturales poterāt face-
re ꝙ virgo pareret vel ꝙ resurrectio gñalis erit ⁊
igitur ista euasio nō sufficit. ¶ Igitur aliter respō
deo ꝙ absoluta reuelatio est deo satis possibilis
et non tollit contingētiā reuelatis concedo ꝙ oīs
reuelatio respectu illius quod absolute est futu-
rum est contingēter reuelatio et etiā ꝙ oīs abso-
luta prenūciatio adhuc futuri de potentia dei ab
soluta posset esse falsa verūtamē nulla talis pre-
nūciatio posset esse falsa de potētia dei ordinata
q2 scd̄m veritatē sicut docet. Cassioñ. super. psal.
ꝓphetia est noticia vera ⁊ immutabilis ⁊ ideo nō
pōt esse falsa supple scd̄m potētiā dei ordinatam ⁊
etiā si sit respectu preteriti vel p̄ntis non pōt esse
falsa scd̄m potētiā dei absolutā ⁊ rō p̄dictorū est q2
non plus absolute loquēdo necessitat rē fore pro
phetica reuelatio ꝙ̄ eterna dei prescia Sed ista nō
necessitat ex questione scd̄a ⁊ tertia huius di. ⁊ cū
infertur ꝙ tunc nulla potest h̄ri assecuratio ꝙ ta-
lia euentēt neganda est consequētia omnes enim
scimus deū posse non facere vltimā resurrectionē
de sua potētia absoluta ⁊ tamē indubitanter cre-
dimus ⁊ tenemus ꝙ ipam faciet vnde potētia dei
absoluta ad cōtrariū non tollit certitudinē ꝓphe
ticam sicut nec certitudinē fidei necessariā ad sa-
lutē. ¶ Quinta difficultas est de merito fidei qua
creditur ipsa reuelata credidit eīn abraham deo
et reputatū est ei ad iusticiam istud nāqꝫ meritum 5. dubium
fidei tollere videtur contingentiam meriti p reue de merito
lationē igitur pari ratione vel multo fortius ipsa fidei hic
reuelatio añs ꝓbatur quia scd̄m anselmū btā vir- respectu fu
go fuit mundata. a. pctō originali per fidē passio- turorum.
nis xp̄i tūc future. Ex hoc Arguitur sic pro tēpore
medio inter mundationē virginis a peccato ⁊ tp̄e
passionis xp̄i hec fuit contingēs xp̄s non patietur
igitur ⁊ ista beata virgo nō habet fidem passionis
xp̄i ⁊ vltra igitur etiā ista fuit cōtingēs ip̄a nō fuit
mūdata in fide passionis xp̄i et per cōsequēs etiā
ista illa nō fuit mundata q2 non fuit mūdata sine
fide passionis xp̄i falsitas patet q2 in tp̄e illo hec
fuit necessaria ꝙ ip̄a fuit mūdata q2 de preterito
vera. ¶ Dices forte ꝙ ista credulitas quā habuit
de passione xp̄i pro tp̄e isto medio cōtingēter fuit
fides tamē necessario pro tunc fuit credulitas vl̄
estimatio virtute cuius btā virgo extitit mūdata.
¶ Sed contra q2 tunc ꝓ isto tp̄e medio fuisset hec
contingēs btā virgo fuit mundata in estimatione
falsa ⁊ per consequens per deceptionē ⁊ errorem
consequēs absurdū ¶ Ad istud respondet syrens.
ꝙ conclusio in isto tp̄e medio fuit satis possibilis
michi tamē videtur secū ꝙ falsa estimatio isto mō
posito non per se fuisset cōsequētia sue mūdatiōis
sed poti⁹ obediētia qua sic credebat sicut sibi pre-
cipiebatur vt crederet et ita ista estimatio nō fuit
causa principalis sue mundationis sed solū mini-
sterialis sicut iniquus sacerdos est minister colla
tionis gr̄e per sacramētum corporis xp̄i vel p ba-
ptismum. ¶ Ad argumētū principale cōcedēdum
est ꝙ xp̄us locutus est immobiliter. i. nullomodo
mutāda est sentētia diā absolute reuelata nec po
test esse quin sic eueniat sicut reuelatum est esse fu
turum scd̄m dei potentiā ordinatam et c̄. vt patet
ex dictis. et cetera.



Exto quero Circa di.
14. vtrum de⁹ existēti in gr̄a possit
reuelare ꝙ ip̄e finaliter sit dānan
dus Videt̄ ꝙ nō q2 tunc de⁹ posset
aliquem cogere ad pctm̄ puta ad
desperationē ¶ Cōtra omne futurum cōtingēs im
pertinēs ad actum reuelantē oīa pōt deo reuelare
cui voluerit ex supra habitis ⁊ concessis. Hec diffi
nitio p̄mo duas conclusiones habet; quarum vna
est ꝙ nō existenti in charitate hoc idē reuelare ꝙ
s. finaliter esset casurus non eīn est hoc impossibi-
lius scd̄m potētiam dei absolutā ꝙ petro existēti

in charitate reuelauit lapsum suũ ⁊ trinã eius negationẽ. ¶ Si tñ talis prenunciatio staret cũ libertate arbitrij sicut illa facta petro stabat et hoc dico etiã de reuelatione absoluta qꝛ si solu sub conditione de illa conditione eadem restaret dubitatio et ꝓcessus in infinitũ sicut supra argutũ fuit. Item si non posset sibi reuelare q finaliter dãnaret nisi sub conditione .s. si moriens in culpa mortali ita possum ego reuelare sibi. Item tunc dãnandus nõ
1. dubium. posset plus a deo certificari q dãnabitur q̃ nõ dãnãdus. Sꝫ cõtra hoc sũt difficultates aliq̃. Prima posito q deus forti existẽti in charitate reuelet q ipse finaliter dãnabitur. ¶ Tũc quero an sor. iuste poterit ꝓ seipso orare vt saluetur vel non. si primũ sequit̃ q sor. iuste potest velle quod scit deũ nolle. Falsitas patet nã vnusquisq3 tenetur se cõformare legi diuine cũ sciuerit ipam qꝛ seruus sciẽs voluntatem dñi sui et nõ facit et c̃. luce. 12. Dices leuiter q nõ oportet hoiem se cõformare diuine volũtati in volito semper sed sufficit q velit q de⁹ vult ipm velle sicut secũdũ augu. in ench. bonus filius et c̃. Sed contra istud videtur directe dictũ aug. 21. de Ci. dei cap 21. vbi dicit q ecclesia nunc nõ orat pro dyabolo nec ꝓ malis mortuis vt saluẽtur orat tñ pro oibus bonis et malis hoibus dũ sunt in vita et addit q si de aliquibus malis dãnãdis ita certa esset ecclesia vt qui sint illi nosceret quilibet i hac vita sint constituti tamẽ predestinati sunt in eternum ignem ire cum dyabolo tam ꝓ illis nõ oraret q̃ nec pro ipso sed quia de nullo certa est orat pro oibus in hoc corpore cõstitutis nec tamẽ ꝓ oibus exauditur. Hec ille ¶ Ubi patet scdm eum q ecclia non debet orare ꝓ aliquo quẽ sciret esse dãnandũ etiam si adhuc viueret igitur nec ipse ꝓ seipo. ꝓbatur anselmus ꝓsolis cap. vltimo dicit q beati nõ aliud volent q̃ q ille deus huius non videtur alia causa nisi qꝛ sciunt voluntatem quam non possunt trãsgredi. ꝓbatur si sic tunc sor. posset orare iuste illud quod sciret se non cõsecuturũ. Falsitas patet quia tunc ociose oraret ⁊ per cõsequẽs nõ iuste. ꝓbatur tunc etiam angelus bonus deputat⁹ ad custodiam fortis forte orante ꝓ sua salute posset orationẽ eius deo portare ⁊ pro ipo errare. Falsitas patet quia nullus angelus vult nisi q deus vult ꝑ anselmũ in ꝓsolis. ca 6. cõseq̃ntia patet per. b. bernardũ in medita. cap. 6. vbi expresse dicit q angeli nři oẽs gemitus orationes nostras sollicite audiunt et reportãt deo. si dicis q nõ põt iuste orare vt saluetur. ¶ Cõtra adhuc facta ista reuelatiõe sor. est in charitate igitur adhuc tenetur se amare ex charitate igitur adhuc potest iuste velle se saluari ⁊ per cõsequẽs potest hoc iuste orare. ꝓbatur adhuc sor. tenetur amare ꝓximũ suũ ex charitate et velle ꝓximo suo vitam eternam. ¶ Sed quãdiu sor. est in charitate equaliter se debet diligere et ad tñ bonum sicut ꝓximũ nam sic a sctis exponit̃ preceptũ de diligendo ꝓximũ sicut seipm. i. ad illd bonũ ad quod se. ꝓbatur si sor. nõ posset iuste velle suam beatitudinẽ tunc non poterit iuste seruare ordinẽ charitatis qꝛ ordo charitatis est se maxime diligere post deũ sicut patet. 3. li. sentẽtiaꝝ. di. 29. cap. primo et sequẽtibus. Hic mihi primo apparet q deus posset existẽti in charitate absolute reuelare suam futuram dãnationẽ nec tamẽ per tales reuelationẽ dum est viator scire posset se finaliter dãnandũ ꝓprie loquendo de scia. per hoc ad pmũ

in contrariũ ¶ Dico q sortes non scit deũ ita velle ꝓprie loquẽdo de scire nisi sumatur tũc scire pro credere vel firmiter estimare et tunc dico q sor. tenetur non firmiter credere illud nec credere q sit super hoc reuelatio sibi facta ymo debet sperare q non nisi deus imprimat sibi credulitatẽ talẽ rectam vel reflexam ⁊ dato q per talem impressionẽ crederet sibi super hoc factam reuelationẽ tenet̃ rogare contrarium nec per hoc absoluitur a precepto diligẽdi se ad vitam eternam nec tenetur se conformare deo in volito. i. in isto qd credit deum velle esse futurum nec vnq̃ illud voluisse. ¶ Et ad augustinũ verũ dicit si loquitur de certitudine sciẽtie proprie dicte et de velle simili modo sumpto Sed tunc est añs impossibile ꝓ mẽbris ecclesie licet caput ecclesie sic sciat scia increata seu diuina et finalr credo q nulla extrinseca reuelatio possibilis sine pluri nec etiã forsan intrinseca sine pluri sine precepto aliquo adhibito vel relaxatione precepti antiqui absolueret viatorẽ quin teneretur optare salutẽ proximi cuiuslibet viatoris ⁊ pro ea orare ⁊ multo magis hoc dicerẽ de salute propria ¶ Ad aliud de angelis dicẽdũ est q bti non volent nisi quod deus vult eos velle sed hoc non est cõtra dicta. ¶ Ad tertiũ ⁊ ad quartũ patet ex dictis. Argumẽta ad aliam partẽ concludunt verũ licet Syrensis teneat contrario modo credo eñ q angeli custodes nři orarent ꝓ nobis donec haberẽt preceptum de contrario ⁊ illi non possunt ita decipi sicut nos per angelos malos potẽtes se nobis trãsformare i ãgelos lucis nõ sic illis. Probat̃ si ista argumenta cogerẽt equaliter ꝓbarent q petrus post reuelationẽ factã existẽti i charitate q esset negaturus deũ nõ potuisset iuste orare preseruari ab ipo peccato mortali cõsequẽs est falsum ¶ Ali- Grego.
ter respondet grego. in vltima parte circa fines q talis sciens volũtatẽ deberet contẽtari ⁊ velle q eum deus dãnaret ex quo sic esset placitũ deo ⁊ hic actus ꝓcederet ex maxima dilectione dei nec esset culpabilis sed laudabilis. Sed vlterius videt̃ dicẽdum q in tali casu non esset licitum sibi pro sua finali salute sed simpliciter de diuino iudicio contẽtari ⁊ huic fauet dictum augu. 21. de Ci. dei cap. 25. vbi eius sentẽtia est q ꝓ nullo viuẽte finaliter reprobato si de ei⁹ reprobatione ecclesia esset certa oraret vt saluaret̃ ⁊ intelligẽda sunt i casu quo quis esset certus deum absolute ⁊ nõ solũ cõditionaliter velle hec grego. ¶ Ad argumẽtũ in oppositum tũc diceretur q preceptũ charitatis nõ obligat absolute q i quocũq3 casu homo debeat velle se saluari et quẽlibet ꝓximũ suuꝫ licet sic obliget de lege cõi absolute autẽ obligat hoiem ad diligẽdum deũ et seipsum in ordine ad deũ et ꝓximũ similiter ita vt se totũ teneatur ordinare in deum et etiã teneatur hoc velle ꝓximo et sic oĩa tenetur homo facere ꝓpter deum et iustitiã eius non autẽ absolute vel vltimate propter salutem suã ⁊ cõmodum suũ nec sequitur si in dicto casu non vellet se saluari q ipse desperaret desperatione q̃ est pctm Sed bene sequitur si ipe nõ speraret vel non haberet spem de illo fine consequẽdo ad quem obligat eum lex diuina vt speret ⁊ credat illum se posse cõsequi sed in singulari casu non sic esset obligatus ymo potius ad oppositum sicut iã nos propter diuinã reuelationeꝫ obligati sumus ad firmiter credendum diẽ Judicij fore sic talis facta reuelatiõe

obligatus esset ad simpliciter credēdum se dam-
nandū esse ꝛ ꝑ cōsequēs non obligaretur tunc ad
sperandum suam salutē qꝛ nullus pōt sperare qđ
firmiter se credit consequi non posse. ¶ Secūdum
dubiū si secūda positio cōclusiōis vera sit tūc mul
to fortius posset deus sorti existēti i grā reuelare

An aliqs possit sciēter velle vnde miser erit.

istam conditionalē si cōmittas ex nūc aliqđ pcťm
mortale finaliter dānaberis hac igitur reuelatio
ne facta sorti queratꝰ vtrū sor. extunc possit morta
liter peccare vel nō sed sic igitur pōt sciente velle.
¶ Vñ miser erit contra Anselmum de casu diaboli
cap.2.et.3 si nō tunc volūtas sortis nō esset libera
a necessitate contra ma li.2.di.25.ca.9 ¶ Respon
detur ꝙ iste in dicto casu potest sciēter comittere
pcťm mortale nā miseria pene non est maior ꝙ sit
miseria culpe ꝛ tamē angelus sciēter peccauit. si-
militer et adam ¶ Qꝛ secūdum Apo. vir non est se
ductꝰ sed mulier ꝛ tamē prereuelatū fuerat qua-
cunqꝫ die comederis eo morte morieris ꝛ si hi sciē
ter voluerūt bene miseri essent quāto magis qui
habitant domos luteas. ¶ Vnde ambro. sup lucā
li.3. refert de quodā ꝙ cū oculorū icōmodo labo-
raret ꝛ amaret vxorem interdicta sibi a medico fa
cultate coeūdi cupiditatis impatiēs atqꝫ impetu
libidinis captus moderari nequiuit sciēs enimꝙ
esset oculos amissurus priusꝙ coiret vxori in isto
estu feruētis cupiditatis vale inquit amicū lumē
et cum magna miseria ita priuari visu iuxta illud
thob. quale gaudiū michi est qui lumen celi non
video. Ex oibus istis patet ꝙ nec indubitata noti
cia nec timor eterne miserie vel tēpalis nec etiam
periculuꝫ amittēdi gaudiū sempiternū necessitat
hoiem ad nō sciēter peccādū nō enī plus necessitat
pena eterna non deberi peccāti ad vitandū pcťm
ꝙ premiū eternū votum deberi bñ operanti bene
necessitet ad faciēdum opus bonū. Et ad anselmū
dicēdum ꝙ licet nullus posset ꝑpter se vel ꝑ se esse
miser tamē pōt velle aliquid vnde sequitur ꝙ erit
miser precipue si concupia vehemēs ad idē volen
dum impellat nec anselmus absolute dicit ꝙ non
posset si sciret se puniēdum peccare seu velle pec-
care vnde miser erit sed dicit si sciuisset nō posset
volēs et habēs beatitudinē velle sponte vñ miser
esset. Si enī loquitur de beatitudine finali planū
est ꝙ sic beatus non pōt peccare sciēter stante ista
beatitudine. si vero loquatur de tali qualē scđm
eū et augu. habuerūt angeli ante casum adhuc ve
rum dicit qꝛ non stat ꝙ aliquis in tali statu libere
amet beatitudinē velit aliquid repugnās beati-
tudini vnde ꝛ ansel. ibidē dicit in principio cap. ꝙ
talis angelus bene sciuit se debere puniri si pec-
caret tamē an de facto puniretur si peccaret scire
nō debuit. ¶ Et rationē reddit qꝛ ratiōalis causa
potuit intelligere qꝛ iuste si peccaret puniretur.
¶ Sed qm iudicia dei abissus multa ꝛ inuestigabi-
les vie eius nequiuit ꝯprehēdere an deus faceret
ꝙ iuste facere pōt vnde ꝛ in fine ca. quasi cōclusiue
dicit si preuisa tanta pena nullo recogente peccas-
set tanto magis preueniendus esset nō igitur hec
prescia illi expediebat ꝛ simpliciter in fine etiam
dicit ꝙ si nō peccasset pcťm nō causasset solo amo-
re iusticie ꝑus ipse opere mōstrauit. si vero timore
causasset non esset iustus palā igitur est nullomō
debuisse eū scire iudicia sibi penā suā secuturam
pcťm per hoc non vult aliud dicere nisi ꝙ angelus
satis habuit ex natura sua vnde hoc aduertere et
deducere posset et Ideo non ignorauit quin talis
pena iuste sibi deberetur si peccaret sꝫ vel nō facit
hmōi deductionē vel si fecit sciuit ꝙ nō necessario
deus illam penā sibi infligeret cū omnibus tamē
istis bñ stat ꝙ sciēter peccauit ꝛ sponte ꝙ accepat
et ꝙ sciebat se debere non deserere ¶ Tertium du 3. dubium.
bium iuxta precedētia qꝛ ꝙ deus possit hoi vel an
gelo existēti in charitate reuelare casum suum fu
turum ꝛ penā eternā cōsequētē videtur esse cōtra
anselmū de casu dyaboli capi.21. vbi in principio
querit vtrū ille angelus qui non stetit in veritate
presciuerit se casuruꝫ ¶ Et rñdet si de illa sciētia
queritur que non est nisi cum certa ratione aliqđ
intelligere oino rñdebo non posse sciri qđ pōt nō
esse ꝛ añ medium cap. dicit angelum apostatā non
potuisse scire suam ruinā ea prescia quam sequit
necessitas ymo nec estimatiōe aut qualibet suspi
cione quod probat sic quia si adhuc in bona volun
tate stans presciebat se casurum aut volebat vt ita
fieret. ¶ Aut nō volebat si volebat iam ipsa mala
volūtate ceciderat si nolebat tantū miser erat do
lēdo quantum stare volebat ac tanto iustior erat
quanto magis volebat stare ꝛ quo erat iustior eo
debebat esse velocior igitur si nolēdo presciebat
se casurum tanto erat miserior quanto debet esse
felicior ꝙ non conuenit licet enī hoies iusti susti-
neant qñqꝫ miseriā non tamē est eadē ratio in hoi
bus ꝛ in illo ange. hoim enī natura ꝑpter peccatū
primi parētis iam innumerabiliū incōmodorum
facta ē passibilis ex qua passibilitate multis mo
dis gratia nobis operatur incorruptam ille vero
nullo ad hec pctō precedēte alicuius mali nō me
ruit passiōes ꝓbat ibidē sic arguit si aliquomō
potuit suam ante putauisse futurā preuaricatio-
nem aut coactam putauisset aut spontaneā. Sed
nec vilatenus erat vnde se aliquādo cogi suspica-
retur nec quādiu voluit in veritate perseuerare
vllo modo putare potuit se sola voluntate illam
deserturum supra nam que monstratū est eū quā-
diu rectam voluntatē habuit in hac ipsa volūtate
voluisse perseuerare qua propter volēdo tenere
perseueranter ꝙ tenebat nullomodo video vnde po-
tuisset vel suspicari nulla alia accidente causa so-
la illud se deserturum voluntate hec ille. Sed di-
ces adhuc possibile fuit ꝙ illud desereret et ipse
sciuit illud esse possibile ergo potuit estimare ꝙ
ista possibilitas fieret in effectu. Sꝫ hoc nō satisfa
cit sibi ꝛ ideo statim subdit dicēs nō nego illū sciu-
isse qꝛ posset mutare voluntatem quam tenebat
Sed dico illum non potuisse putare ꝙ aliquando
omni alia cessante causa sponte mutare volūtatē
quam perseueranter tenere volebat ꝛ ex hoc con-
cludit i fine cap. ꝙ nullomodo scire vel putare po
tuit angelus malus se facturū ꝙ male fecit ꝓbat
ibidem capi.22. ꝙ ipse sciebat se puniri debere si
desereret bonā voluntatē et non potuit velle vnde
miser esset qui acceperat inseparabiliter velle vt
beatus esset hec ille Igitur ex ore discipuli ꝛ stati
in principio.23.cap. Approbat illud respondendo
igitur nō potuit velle peccare igitur non erat pec
caturus igitur non sciebat se peccaturum nec etiā
credebat si hanc impossibilitatē attēdebat igitur
hec sibi reuelari non potuit. Item augu. sup gen.
ad litam. li.7. capi.33. dicit ꝙ si anima deseruisset
presciam sui operis iniusti et iniqui non est credi-
bile eam potuisse inclinari propria voluntate ad

corpus viuificādi igitur multo fortius vt videtur
nō posset ipa vel creatura alia ratiōalis inclinari
ad peccādum cognito q̄ si peccaret eterno suppli
cio puniretur. Sed forte dicetur q̄ argumēta nō
concludūt verūtamē quia eo ipo talis desperaret
et perderet charitatē tū quia talis casus sic pre-
scitus induceret dolorē z penā z tamē augu. dicit
in li. retractationū q̄ ois pena si iusta ē pctī pena
Cōtra iste casus et pena oña sunt. cōtingētes igit
fuit reuelabiles sicut alia futura cōtingētia pro-
batur deus potuit angelo nō casuro reuelasse ca-
sum futuri igitur z ille qui fuit casurus cōsequen
tia pbatur qz simile incōueniēs sequitur facta re
uelatiōe alteri angelo sicut si fieret sibi ipsi quod
patet in applicando argumēta anselmi nā si vnus
nondū confirmatus prescīuit casum alterius aut
igitur voluit q̄ caderet z tūc fuit iniustus Aut nō
luit z tunc doluit et miser fuit quod sequit ex hoc
cum quilibet teneretur sicut z nos modo diligere
alium sicut seipm. Silr posset alia ratio Anselmi
applicari pbatur de facto xpus reuelauit iudeis
q̄ in pctō suo morerētur z petro etiam et č. et ista
instantia de petri negatione prereleuato pbat in
tētum directe. Sed huic responderi potest p istud
quod dicit frenk. q̄ licet non repugnaret potētie
dei scḋz q̄ est potētia reuelare existēti i charitate
suum futurū pctm z penam eternā cōsequetē hoc
tamē repugnat sūme dei iusticie z summe ei9 mie
q̄ faceret suam creaturā rationalē penitus inno
centem que nunq̄ peccauit tam miserā sine culpa
eius non eñ posset prescire talē penā sibi futuraz
tunc quin esset misera sed secus est de existēte in
charitate que est vel fuit peccator sicut petrus et
nos iuste eñ deus posset illum qui meruisset tāta
pena puniri quāta sequitur ex prescia sue ruine z
pene eterne cōsequētia tali pena punire mediāte
hmōi reuelatione qz tātā penam meruit p culpis
preteritis quanta est ista que sequitur prescīam
istam naturalr. Sed contra hanc viam arguā pro-
xima. q sequēti probando quartā cōclusionē ibi
tenēdam z probatur nō includit contradictionem
q̄ pena que est vna forma causetur in suo naturali
receptiuo. Probatur de9 posset penā alicui iuste
infligere si vellet p futuro pctō sicut multos pus
premiauit angelos p merito eorū futuro vt patet
scḋo sententiarum. Item ad ro. 9 o hō quis es tu
rūdeas deo nunq̄ dicit figmentum ei qui se finxit
quid me fecisti sic an non habet ptātem figulus.
Ex quo sequitur q̄ deus posset vnū innocētem su-
blimare ad btitudinē z alium deprimere in penā
Probatur alias deus non posset premiandū nō
premiare nec posset puniendū eternaliter non pu
nire qz dicetur pari rōne q̄ licet potest hoc de po-
tentia non tamen de iusticia vel summa mīa et ita
nullum libere libertate adoptata premiaret vel
puniret z tunc deus non cōtingēter operabitur q̄
aget ad extra ceteris paribus quia per tales con
gruētias decideret operari ineuitabiliter quicqd
operatur sicut posuit eum phūs necessario opari
et nichil libere extra se quod est tamē erroneum.
Propter hoc pono hanc cōclusionē primo q̄ deus
posset alicui hoi vel angelo innocēti z charitatē
habēti suam spontaneā preuaricationē futurā re
uelare. Secundo dico q̄ hoc non posset secūdū
legē dei cōmunem statutā qua ex mīa vult nullum
pati penā nisi pter culpā precedētem vel propter
exercitiū patiētie meritoriū ad bonū suū si velit
iste infligitur agere sicut debet. Scḋo dico q̄ non
potuit angelus ex pure naturalr cognitis precsti-
mare casum suū propter primā rationē anselmi z
propter causam proximiorem quam ibi tangit. 23.
Quarto apparet michi q̄ mediāte reuelatione
potuisset qz potuisset plus credidisse deo q̄ pprie
stabilitati in bono contra rationē secūdā anselmi
et timuisse etiam potuisset de ppria imperseuerā
tia propter mutabilitatem cuius voluntatis non
confirmate i bono immobiliter licet per anselmū
non posset dubitās quin perseueraret quādiu sta
ret in priori voluntate perfecta z firma pseuerādi
hoc mihi videtur q̄ stāte amore actuali libero nō
solum naturali angeli ad seipsum vel hois i statu
innocentie. vbi ex concupia non inclinaretur ad
malum et simul cū hoc cognito q̄ pena eterna et
priuatio boni eterni infligerētur sibi si peccaret
non esset in ei9 ptāte scienter simul cū his peccare
vel libere facere malū. ex quo simul credet actua
liter sequi tm malum pene z perdi tm commodum
quia iste amor sui nō impeditus ab actuatiōe sua
per tēptationē vel alio modo cū scia tanti mali se
cuturi sufficit cum dei cōi adiutorio voluntatem
peccandi sciēter excluditur sicut satis arguit z tā
git scḋa ratio anselmi z ratio aug. quarto loco ad
ducta Ad hoc eñ alias satis est demū stratū per
illud cōmūe principiū q̄ volitio efficax finis alicu
ius facit velle scitum requiri et nolle scitū debere
impedire si adesset. Sexto videtur michi esse di
cēdum q̄ si non simul hec attēdent eruere posset z
sic Respondet anselmus in principio capituli. 23.
vt prius Sed contra hoc potest argui p funda-
mētum positionis frēsis tenētis contrariū in le-
ctura sua de aia separata z angelo qz ipi nō habēt
volubiles cogitationes sicut homies sed simul in
actu cogitant de oibus cognitis habitualr ab eis
et licet homo qui volubiliter cogitat nunc sciret
se damnādum si .a. pctm cōmitteret et ideo dū hoc
actu cogitat non potest velle peccare cū posset de
hoc nō cogitare z per cōñs illud quod est peccatū
velle nō cogitando de pena cōsecutura tamē hoc
non est naturaliter possibile de angelis z alb9 se-
paratis qz illi vno intuitu simplici z simul actua
liter omnia cogitant q̄ ipi sciunt in habitu Sed
huic pōt dici q̄ scḋm multos assumit falsū. s. q̄ ipe
sciant distincte semp in actu omnia q̄ sciunt in ha-
bitu licet semp sciant cogitant vel videant omnia
in actu z vno actu simplici que ipsi sciunt habitua
liter quo ad ea ex quibus eorū obiectiue pendet
essētialr beatitudo multa. 9. cōfuse z i vniuersali
sciunt btī de quibus nō semp determinate z actua
liter cogitatis infinitis aūt modū pōt qa peccare
Sz nec scia vniuersalis nec hitualis sine actuali
determinata sufficit aduitandū vel excludendum
pctm in nōdum cōfirmatis ex. 7. ethicorū infinita
autē actualiter et determinate a creatura simul
cognosci non possunt pbatur de qualibet btā lo-
quitur iste dum dixit habēs beatitudinē non pōt
velle vnde sciret quod fieret miser si de btis iā cō-
firmatis. i. habētib9 donū impeccabiliter hoc nō
est ad ppositum. Si de beatis illa btitudine quaz
habuerant angeli mali ante ruinā tunc nō ē verū
q̄ ola sciuerūt actu que habitu virtuali sicut pa-
tet per anselmū de casu dyaboli cap. 23. in princi-
pio vbi q̄ ipsi nō potuerūt ignorare se debere pu-

nisi si peccarent sed q̄ ita punirentur si peccarent scire non debuerunt. Etiam mihi ꝓbabile ē q̄ oia actu cōsiderēt respectu quorum sunt in habitu determinato ⁊ particulari ipresso vel acquisito licet nō vnico actu solū mō sec⁹ aūt ē de habitu ꝟtuali que est ipamet sublātia aīe habitualis singularibus noticiis rerū vel est verbum dei ī quo virtualiter sciūt oia scibilia ab eis scōm naturam suam scōm hoc intelligo anselmum. ¶ Aliter tū dicit q̄ nō ignorauerūt. i. habuerūt habitū virtualē. sȝ nō oportet q̄ formalem de pena secuta quando actu peccauerunt habuerāt enim satis. vnde cogitare potuissent si peccarēt digni essent puniri vel si hoc cognouerunt actu non ardebant actu ita esse futurum vnde breuiter quicq̄d fuerit in causa quando ruerunt non actu cogitauerāt firmiter credendo ita fore q̄ punirentur si peccarent. ¶ Argumēta ad ad primā partē probāt q̄ nō potuerunt scire vel suspicari naturalr̄ ⁊ sine reuelatione q̄ ruerent ⁊ q̄ nō erat in naturali potestate eorū dum duraret in eis amor electiuus et libertas bene agendi non velle aliquid vnde actu scirent vel firmiter crederent sequi dānationē ⁊ penā eorū perpetuam ⁊ q̄ scōm dei potētiam ordinatam tūc nō potuerunt innocentes puniri. ¶ Et ꝑ hoc patet ad ꝑmam formā anselmi qꝛ scōm potentiam dei absolutam potuisset incurrisse penā sine culpa sua ꝑcedente vel tūc habita nec hoc fuisset impossibile plusq̄ nūc bruta sine sua culpa suscipiunt penas de facto tū aliť deus ordinauit. ¶ Ad secūdam formam ē dicendū q̄ si talis credulitas fuisset sibi impressa a deo ipse adhuc reputasset se posse vitare casum futurū cuȝ hoc tamen reputasset q̄ de facto casum hmōi non vitaret. Ad alia satis patet ex dictis. ¶ Ad principale dꝛ q̄ in illo casu desperatio non esset peccatū sed solum pena ⁊c.



Eptio circa hāc distictionē quero vtrū beato possit reuelari in verbo eternitas sue btitudis. Al dctur q̄ nō qꝛ q̄cū eternitas btitudinis apphendať sub rōne delectabilior cōmodi magni ex tali assecuratiōe naturalr̄ sequiť delectatio cū delectatio sequať apphēsionē sicut vmbra corpus ꝑ cōmētatorem. xii. methaphisice cōmēto 29. Sit igiť ista delectatio naturaliter sequēs. a. ⁊ sit eternitas beatitudinis reuelata. b. ⁊ arguo tunc primo reuelatiōnē factā sic iste angelus non erit eternaliter beat⁹ igiť nō fuit. b. sibi reuelatū ī verbo igiť. a. nō fuit. Falsitas pȝ qꝛ. a. fuisse ē preteritū igiť nō pōt nō fuisse ꝯña pȝ qꝛ non pōt in verbo reuelari aliter futurū esse q̄ erit. Scda pars patȝ quia. a. non fuit cātum in isto angelo nisi qꝛ sibi fuit reuelatū in ꝟbo q̄ foret eternaliť beat⁹ pȝ igiť q̄ ꝯñe sunt bone sed primū añs ē īpossibile igiť et vltimū ꝯñs. Sed hoc ē falsum qꝛ de⁹ non pōt facere illud qđ ꝑteritum est non fuisse sicut dicit anselmus in prosolo. ca. 7. ⁊ ꝑ phm̄ sexto ethicoꝝ hoc solo ꝑuať deus ¶ Itē argumētū pōt fieri de sanguineo sudore xp̄i ex ꝑuisione mortis ꝓ q̄ medio iste sudor ē emissus ⁊ xp̄s mortis ⁊ de ei⁹ naturali dolore etiā ex ꝑuisiōe mortis. sic xp̄s nō moriet igiť nō ꝑuidit se moritur igiť nec iste dolor fuit nec iste sudor qꝛ solū ex ista ꝑuisione cāłbatur. Similiť pōt argui de actuali gaudio qđ hȝ aliq̄s beat⁹ ꝓpť hoc q̄ reuelatū ē illi q̄ aliq̄s peccator cōuerteret ad penitētiā ⁊ finaliť saluabiť ⁊ ī multis casib⁹ silib⁹ eadē forma arguēdi habet locū. Cōtra de facto sic ē igiť añs ꝓbatur qꝛ securitas requisita ē ad beatitudinē sicut dicit augu. ⁊ ꝓbat. 12. de ci. dei ca. 12. vbi dicit in fine q̄ hoc ē de beatitudine angeloꝛuȝ vt bono incommutabili quod deus sine vlla mole stia ꝑfruantur etiā in quo se ineternum mansuros sine vlla dubitatione cognoscunt ⁊. 13. de tri. ca. 7. loquens augu. de beatitudine dicit omē quod ibi erit bonuȝ erit ⁊ summus deus sūmū bonū erit at q̄ ad fruendū amantib⁹ ꝑsto ita etiam q̄ ⁊ omino beatissimum ita semper fore certum erit beatitudo igitur requirit certitudinem eternitatis ipsius beatitudinis et hoc non pōt esse nisi per reuelationem talis igitur reuelatio non solum videtur esse possibilis sed necessaria ad beatitudinē. ¶ In ista questione patet quid sit dicendum ex precedentibus scilicet q̄ sic licet cōtrarium faciat difficultatē hic tractandum argumentum principale. ¶ Unde concesso q̄ hoc ipsuȝ q̄ angeli sunt beati requirat certitudinem eternitatis sue beatitudis videtur sequi q̄ ex certitudine talis eternitatis pendet q̄ ipsi beati sint ⁊ tunc sequiť q̄ hec sit cōtigēs angeli fuerūt beati qꝛ deus posset eos annichilare. Falsitas pȝ qꝛ talis q̄libet de ꝑterito videť mō eē necessaria. Cōcediť coiter ⁊ bñ q̄ ꝯñs ē verū nō loquēdo ꝑcise de beatitudine ꝓ actu visiōis dei vel fruitiōis sed supponēdo q̄ illud nomē beatitudo cōnotat certitudinē eternitatis illoꝝ actuū in q̄b⁹ cōsistit essētialis btitudo. Sȝ cōtra arguit ꝑcēsis supponať sicut est verisimile q̄ ista securitas sit clara dei noticia ī ꝟbo ⁊ q̄ ipsa auget gaudiuȝ btī scōm auctoritates ꝑacceptas aug. vł q̄ ipsa causat gaudiū aliqđ spēale igiť ꝓpť istā securitatē gabriel hȝ mai⁹ gaudiū itēsiue q̄ hēret si nō haberet istā securitatē vel gaudiū aliqđ supadditū gaudio essētiali btitudinis igiť ex opposito si gabriel nō habuit istā securitatē sequiť q̄ ipse nō habuit gaudiū illō demōstrato gaudio qđ ipse habuit vel saltē sequiť q̄ nō habuit gaudiū ī illo gradu alioqui hñs illā securitatē ⁊ nō hñs eā ceteris parib⁹ eq̄liter oīno gauderēt qđ ē īpossibile qꝛ tūc securitas ista non auxisset gaudiū gabrielis ꝯtra aug. vt ꝑus. ¶ Hic pono ī primis hāc cōclusionē q̄ nō sufficit dicere q̄ idē oīno act⁹ sine ol addito q̄ ē gaudiuȝ remissum pōt eē gaudiū itēsū ⁊ ecōuerso ꝯtra quosdā q̄ hoc ponūt ⁊ ꝓpť hoc negāt ꝯñam iam factā qꝛ dicūt q̄ demōstrato toto gaudio gabrielis hec est necessaria hec fuit vł. a. fuit ponēdo q̄. a. sit ꝓpriuȝ nomē illi⁹ gaudij nec sequiť gabriel nō habuit istā securitatē igiť. a. nō fuit. Sȝ bñ sequiť q̄. a. nō fuit itensum ī. b. gradu posito q̄. b. sit ille grad⁹ a. gaudij quē ipse hȝ ⁊ habuit ⁊ cōcedūt q̄ hec ē cōtigēs gabriel habuit. a. gaudiū ī. b. gradu lȝ hec sit necessaria gabriel habuit. a. gaudiū. ¶ Sȝ cōtra istā responsionē argui pōt sicut argui contra hoc in materia de intensione formarū et similiter ꝑ media. p. q. hui⁹ di. ꝑcise de trāsitu a ꝯdictorio in contradictoriū. Probať sicut arguit ꝑcēsis si hec sit nūc cōtigēs gabriel habuit gaudiū ī. b. gradu tūc posito q̄ fuisset aliq̄s angel⁹ q̄ nullū gaudiū habuisset nisi ꝓpť reuelationē q̄ postea foret habitur⁹ gaudiū eternum ⁊ q̄ ex illa sola reuelatione in verbo

Augustinus.

Rñsio affirmatiua ad q̄situm.

Cōclusio nō sufficit soluere quintā difficultatem.

